Zf
7225

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0001-1
DFG

XV, 120.

Ff 009.

Zf 7225




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0002-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0003-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0004-8

# CASPARIS ZIEGLERI
ad buſta
# SUORUM,
# SUARUMVE
Facta
# PARENTALIA.

*WITTENBERGÆ,*
*Typis Matthæi Henckelii, Acad. Typogr.*
*Anno M. DC LXXXII.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0005-4

## Ovid. 2. Faſt.

*Est honor & tumulis, animas placare paternas,*
*Parvaq́; in extructas munera ferre pyras.*
*Parva petunt Manes, pietas pro divite grata eſt*
*Munere, — — —*

## Eurip. in Troad. act. 5.

Δοκῶ δὲ τοῖς θανοῦσι διαφέρειν βραχύ,
Εἰ πλουσίων τις τεύξεται κτερισμάτων.
Κενὸν δὲ γαύρωμ᾽ ἐστὶ τῶν ζώντων τόδε.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

Zf 7225

INNOCUI MANES ET NOSTRI NOMINIS UMBRÆ,
QVAS COELI ÆTHEREI REGNA BEATA TENENT,
ACCIPITE HOS NOSTROS GEMITUS ET FLEBILE MURMUR,
QVOS, ET QVOD TUMULI BUSTAQVE VESTRA CIENT.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0007-5

# Marcus Hieronymus Vida, Cremonenſis, Albæ Epiſcopus, ad Manes Parentum.

IN gnatos cùm tantus amor, cùm tanta parentum
Sit pietas, qvibus ut proferrent fata, ſubirent
Ipſi mille neces, nec qvicqvam eſt dulce, peremptis
Pignoribus, mœrent orbi, vitamqve morantur
Inviſam, nil debentes cœleſtibus auris.
Iccircò, ut duram natis avertere posſint
Pauperiem, miſeramqve famem, tot adire labores
Cernimus, & certis ultrò ſe offerre periclis.
Non me adeò fugit, qvantis, pater optime, curis
Anxius, aut qvanto indulgebas ſponte labori,
Ut mihi res tenues, per tot diſcrimina rerum,
Eriperes tantis bellorum fluctibus, ut nil
Detractum, licet irent tempora dura, periret.
Tu qvoqve, ſancta parens, variis exercita curis
Pro gnato, qvas non aras, qvæ non ſacra adibas
Templa? qvibus non tunc onerabas æthera votis,
Charo cuncta timens capiti, bona cuncta precata?

Ut

*Ut mihi ad ingenuas nitenti deſuper artes*
*Auxilium foret, & favor omnipotentis Olympi,*
*Et fors uſqve comes creſcenti innexa veniret*
*Virtuti, qvæ nos ad opes efferret avitas.*
*Præcipuè mihi ne maculæ ob contagia turpes,*
*Aut animi peſtes, commerciave ulla nocerent.*
*Sed mihi mens puro foret usqve in corpore pura,*
*Ductaqve ad extremum inculpata adoleſceret ætas,*
*Omnibus ornatum dum vis excellere rebus.*
*Qvæ vobis meritis pro tantis mutua contra*
*Perſolvam infelix, qvæ vobis digna rependam?*
*Cum mihi ſint & opes, animus qvoqve, & ampla voluntas,*
*Idqve unum affectarem. Aſt ô mortàlia nunqvam*
*Gaudia plena ſatis, nunqvam ſecura voluptas.*
*Aut aliqvid cumulo ſemper deeſt, aut revocat ſe*
*Fors invita repente, oculosq; avertit amicos.*
*Fallaces hominum ſpes, heu noſtra irrita vota.*
*Nil firmum ſatis, aut ſtabili munimine tutum.*
*Omnia in humanis rebus dubia, omnia nutant.*
*Vos mihi, læta forent cum cætera, fata tulerunt,*
*Qveis ſine dulce mihi nihil eſt, nec amabile qvicqvam.*
*Accipite has ſaltem lacrymas, hæc carmina mœſta,*
*Qvæ longum nati veſtri teſtentur amorem, &c.*

## Euripides apud Stobæum, Serm. 203.

Ὅς τις δὲ τοὺς τεκόντας ἐν βίῳ σέβει,
Ὅδ᾽ ἐστὶ καὶ ζῶν, καὶ θανὼν θεοῦ φίλος.
Οὐκ ἔστι παισὶ τούτου κάλλιον γέρας,
Ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι,
Καὶ τοῖς τεκοῦσιν ἀξίαν τιμὴν νέμειν.

# JUSTA
# FUNERI PATERNO
# DN. CASPARIS
# ZIEGLERI,

JCti diſertiſſimi,

**& in Rep. Lipſienſi**

Pro - Conſulis,

*piè ſoluta*

*à*

*Filio ejusdem nominis.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0011-7

Eſa. IX, verſ. 9. & 10.

*Et ſciet omnis populus Ephraim, & habitantes Samariam in ſuperbiâ & magnitudine cordis dicentes: LATERES ceciderunt, ſed quadris lapidibus ædificabimus: Sycomoros ſucciderunt, ſed cedros immutabimus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0012-3

JUſta funeri tuo facio, PATER OPTIME, atqve id pietati debeo, tuisqve meritis, qvibus omnem meam gratitudinem, & qvantacunqve â me proficiſci poſſunt officia, longê ſuperas. Sed heu! funeri tuo! Qvàm vellem ego vivo tibi, & ſenectute confecto, auxiliares præſtare manûs, & gratam meam in te explicare voluntatem. Nihil olim triſtius accidere credebatur ei, qvi præmaturâ morte ante parentes abreptus educationis præmium nullum adhuc reddidiſſet, nec reddere poterat. Ego verò etſi in hoc felicior ſim, qvòd haud paulo longiùs annos ætatis meæ extrahere licuerit, malâ tamen meâ ſorte id accidit, qvòd nunc demum, poſtqvam facultas mihi aliqva oppidò paupertina datur, fato tuo & ſupremâ die excludar, ne tibi adjumento eſſe qveam. Ipſe tibi conſcius es, PATER INDULGENTISSIME, non aliter me hactenus, niſi ex tuo beneficio ætatem agere potuiſſe, nec præſtò mihi fuiſſe qvic-

qvam, qvod refundere in te licuiſſet, niſi ſolum animum atqve affectum, & promptum qvidem iſtum, ſed valdè impotentem. Tu mihi, poſt DEUM benigniſſimum, & animæ meæ autor, & vitæ conſervator fuiſti. Qvod penes me eſt virium, id omne â te eſt, qvi non corpori tantùm, ſed animi etiam poſſeſſionibus largiter proſpexiſti. Qvid eſt ergò, qvod â me ire ad te qveat, niſi hoc ſolùm, qvod tuum jam eſt? cuiqve tu ipſe & corpus & ſpiritum dediſti. Sola promptitudo mea eſſe videtur. Sed videtur tantùm. Reverâ enim ipſa etiam â te eſt, & cæteri affectûs omnes, qvos formaſti primùm, qvibusq́;, ut tuis ſimiles eſſent, antehac leges præſcripſiſti. His tuis præceptis, dum conſtanter inhæreo, majeſtatem qvandam in te veneror, qvæ veram DEI præpotentis, ac maximi rerum omnium parentis, imaginem atq; ſimulacrum repræſentat. Et hæc facit, ut qvemadmodum Deo optimo maximo nemo qvisqvam beneficium aliqvod conferre poteſt, ita tibi á me nihil omninò dari poſſe perſvaſum habeam. Hieroclis hæc eſt de officio liberorum ſanctisſima ſententia, qvam inde â ſtudio-

rum primordiis memoriæ impreſſam tenacisſimè cuſtodivi : *Si qvis parentes ſecundos qvosdam ac terreſtres deos dixerit, non errabit : cùm nobis propter vicinitatem, ſi dicere fas eſt, vel ipſis diis honorabiliores ſint. Neceſſarium eſt autem exiſtimare, unum erga ipſos gratitudinis modum eſſe, perpetuam & nunqvam remittentem beneficia ipſorum rependendi animi promptitudinem. Qvantumvis enim multa in eorum gratiam fecerimus, ſemper tamen inferiora erunt omnia, qvàm eſſe deberent. Qvin etiam propemodùm actiones noſtræ omnes illorum videri poſſunt, ut qvi nos etiam hæc agentes produxerint. Qvemadmodum enim Phidiæ, aut aliorum artificum opera, ſi & ipſa rurſus alia qvæpiam facerent, ea qvoqve non dubitaremus opera nominare artificum, eodem modo actiones etiam noſtræ parentum noſtrorum opera eſſe dicentur, per qvos & nos nati ſumus. Ut igitur in promptu habeamus, qvibus officiis erga parentes obſtringamur, ſummariam hanc ſententiam ſemper animo verſare oportet : Qvòd parentes deorum nobis imagines ſint, & per Jovem dii lares, ſeu domeſtici beneficiorum*

*au-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0015-0

*autores, cognati, creditores, domini & amici conſtantisſimi. Sunt enim deorum imagines certisſimæ, & ſimilitudinem eorum nobis referunt meliùs, qvàm ullius artis facultas exprimere posſit, cùm tanqvam dii domûs patroni, & nobis familiares ſint. Beneficiorum item maximorum nobis autores ſunt, & maxima qvæq; præſtant, non qvidem ea ſolùm, qvæ habemus, ſed qvicqvid nobis exhibere & optare voluerint.* Qvod de voto addit Hierocles, omninò ita ſtatuendum eſt, tantum eſſe parentum erga liberos amorem, tantamqve pietatem, ut nihil in eos turpiter, nihil indecorè, nihil inutiliter moliri, ſed juſtè ac ſalutariter conſilia pro eis capere cenſeantur. Atqve hæc inter acervales rationes, qvibus de parentibus benè ſentire jubemur, prima ac præcipua eſt, in qvibusvis negotiis omnem ab eorum voluntate abeſſe fraudem, nec præſumi aliter niſi benè poſſe de illis, qvi, ut liberos opibus & honoribus qvàm cumulatisſimos reddant, omnem qvotidiè lapidem movent. Hæ verò parentum curæ & ſollicitudines benè cedere vix poterunt, niſi imperia eorum liberi cùm impigrè, tùm

tùm haudqvaqvam abjecto animo exſeqvantur. Da veniam, INDULGENTISSIME PARENS, ſi non qvidvis contigerit, qvod ſaluti meæ promovendæ contuliſti atqve optaſti, ſi tuâ ſpe decidiſſe te ſentias, & inani voto fortunas meas te circumſcripſiſſe animadvertas. Benè memini, Theologiæ ſtudio puerum adhuc vagientem, imò vix natum, me addictum fuiſſe, teqve ut deſiderium hoc tuum expleri poſſet, & ſvaſorem & impulſorem mihi adulto non unis vicibus extitiſſe, donis etiam qvandoqve langveſcentem induſtriam excitaſſe. Neqve verò refragari licebat, etſi in alia omnia ingenii indoles ferretur, & nutantem raperent ſæpè civiles functiones, præter meritum & non opinanti oblatæ. Sic enim edoctus fueram ab ipsâ rerum omnium conditrice naturâ, pietatem erga parentes adeò religiosè colendam eſſe, ut non ſolùm non offendamus eos verbis aut factis impiis, ſed ne vultu qvidem atrociore ac contumaciore. Noveram, ineſſe piis parentibus circa natos propheticum qvendam ſpiritum; qvandoqvidem Deus ipſe, qvi parentes in hâc vitâ ſuo dignatur nomi-

ne,

ne, & natis eſſe vult, qvod eſt ipſe, non ſollicitos tantùm de eorum ſalute reddit; ſed & hoc illis largitur donum, ut prævideant, qvæ mala eis immineant, & qvæ bona ſint eventura, utve omnibus modis & ſummâ contentione, qvod eorum commodis fieri poſſit, procurent. Applicavi igitur animum ad ſpinoſiorem ſacrarum rerum cognitionem, ſed invitus admodùm, & repugnanti ſimilis, niſi qvòd æmulatio aliqvando calcar adderet, & ab aliis ſuperari probroſum videretur. Cæteroqvin lentè admodùm omne hoc ſtudium procedebat, neqve celeriùs unqvam faſtidio qvodam & ſatietate abalienabar, niſi, qvando de rebus divinis certantium inter ſe contentiones diſſidiaqve perſcrutari & excutere oportebat. Qvæ res fecit, ut maximam temporis partem in literis amœnioribus conſumerem, in cæteris verò ſtudiis, qvæ extantiora eſſe debebant, cunctantior exiſterem. Fortè fortuna contigit, ut inter libros paternos, qvos obiter qvandoqve, non tamen ſine ſalivâ, & pervicaci cupiditate plenioris cognitionis perluſtrabam, inciderem in Johannis Mercerii, JCti haud vulgaris, libel-

libellum, qvem Conciliatorem inſcripſit, atq; in illo, ut oculiferium aliqvod, iſta ſe offerrent verba: *Primùm omnium hujus rei te monitum volo*, alloqvitur ita filium ſuum Jacobum, *non hanc mihi eſſe mentem, ut, poſthabitis aliis, cogam te ad juris ſcientiam animum appellere. Novi pridem ſtultas & inanes illas parentum cogitationes, qvi filiis, dum vivunt, neſcio, qvæ regna aſſerentes, aliis aliam vitæ rationem præſcribunt, qvam ſeqvantur: & ad vota properantes pueris artes induunt adhuc naſcentibus. Hi cum adoleverint, ſui juris facti, deficiunt, & non ſine temporis jacturâ maximâ, eò feruntur omni contentione, qvò ingenii igniculi propendent magis. Id accidit mihi, qvem Æſculapii templo devotum poſt qvadriennium, ex qvo medicinæ totis nervis incubueram, Themis ad ſua ſacra vocavit, &c.* Percuſſerant animum iſta verba, & faſtidia, qvæ ex cœpto ſtudio orta jam diu erant, nonnihil augebant. Nec audebam tamen ea, qvòd ςηλιτευτικὰ eſſent, Patri prælegere, aut mentionem ſaltem eorum facere. Interim ſegniorem me qvotidiè fieri, & animo obſecundare obſervaverat ILLE, nec

ver-

verbo tamen graviore propterea appellaverat unqvam, præſertim, cùm nec otio diffluentem videret, nec ab eruditis proſcriptum, aut ex Rep. literariâ exulem. Commodùm ego, inter amicos de fortunis meis verba faciens, non dubitare me profeſſus fueram, longè aliter ſe habituras res meas, ſi animo ſoluto ac libero ſtudiis incumbere licuiſſet. Sermo iſte, ut nunciatus fuit Patri, anſam dedit, ut ille penes ſe circa votum, antehac nuncupatum, haud paulò remiſſior fieret, meqve tandem poſt longas deliberationes libertati meæ per ſolennem abſolutionem reſtitueret. Tùm verò eveniebat mihi, qvod ſcripſerat Mercerius, ut omni contentione ferrer eò, qvò ingenii igniculi propendebant, utqve concitato curſu aggrederer id, qvod diu ante deſideraveram. Præcipua enim mihi tùm cura mox adfuit, ne qvid â paternis literarum ornamentis degenerarem, meqve magis in virtutum, qvàm in facultatum paternarum ſucceſſionem pararem, qvippe qvam hereditatem, patre adhuc vivo, cernere optimo jure licebat. Neqve verò id diſplicuit Patri, qvi ſe magiſtrum mihi qvan-

do-

doq; ſiſtebat, & ſtudia noviter incepta ordinabat, eaq; ratione, conſilio & præceptis regebat, ſed & currentem ſtrenuè incitabat. Sed nec temerè, aut ab invito priora illa decreta mutata fuiſſe, ipſe rerum proſperè ſuccedentium eventus docuit, qvandoqvidem mihi, qvi non multò poſt contigerunt, honores pater ipſe adhuc vivus gratulatus, & optimis ominibus proſecutus eſt. Qvod ſi qvâ in parte tibi ſatisfactum non fuerit, PATER OPTIME, cogita, Dei te ſuſtinere vices, & Deo nunqvam ſatisfieri â nobis ullo modo poſſe. Sicut igitur ille multa qvotidiè diſſimulat: Ita te etiam, DEI exemplo, ignoſcere, me verò veniam petere decet. Et qvia ex te tuisqve ſcriniis documenta capio, nihil ad oſtentationem, omnia ad conſcientiam referri oportere, ego, qvoad vixero, huic regulæ innixus, tua ut veſtigia ſeqvar, omni ſtudio atqve operâ laborabo. Tu verò, BEATISSIME PATER, fruere nunc gaudio tuo, & ſempiterno ævo, tibi & piis omnibus ex divinâ manu conceſſo. Gaudium tuum eſt gaudium Domini, qvod intrare te juſſit ipſe Dominus. Id autem qvan-

tum ſit, tu qvidem nunc experiris, nobis verò inexplicabile prorſus eſt, neqve ſciemus ante, qvàm experimento & ipſi didicerimus. Qvia intrare illud jubemur, credo enim, idem etiam mihi dictum fuiſſe, non poteſt non eſſe abundantiſſimum, & omninò infinitis modis majus, qvàm ut nos totum capere qveamus. Et qvia Domini eſſe dicitur iſtud gaudium, qvodnam poterit concipi majus, præter id, qvo gaudet ipſe DEUS, in qvo ſunt omnia infinita. Ille ſuam perfectè cognoſcit bonitatem, & illâ fruitur, ac de illâ gaudet infinito modo. In hoc gaudium intraſti, PATER BEATISSIME, in qvo à claritate vultûs divini ita irradiaris, ut ipſe qvoqve ineffabili luce ſplendeas, & flagrantiſſimos Solis radios lumine tuo longê ſuperes. Ah, Domine, qvando & me jubebis intrare hoc gaudium? qvando veniam, & in præſentiâ DEI comparebo?

RECTOR

# RECTOR
# ACADEMIÆ
# LIPSIENSIS
*AD FUNUS SENATORIUM*

VIRI

*Ampliſſimi, Conſultiſſimi & Excellentiſſimi,*

## DN. CASP. ZIEGLERI,

JCti, ProConſulis Lipſ. & Scabinatûs Aſſeſſoris,

*Prof. Doct. Licentiat. & Mag.*

*invitat.*

SCientiâ Juris peritorum illuminari & gubernari mundum, πολυθρύλλητον eſt, & vel exindè robur accepit, qvòd ex reſponſis prudentum, à Cæſare inſtitutis, & magno in precio ſemper habitis, digeſta potiſſimam partem congeſta fuerint. Hinc & honorum portæ nunqvam non pa-

patuerunt ſcientiâ legali animū excultis, ut, qvi clauderent Imperatoris legibus armati, vel armandi latus, amici & Anteceſſores Principum appellarentur, digni haberentur. Honoribus his ars æqvi & boni majora cepit indies augmenta, efflictim depereuntibus hoc ſtudium, qvibus cor altiùs ſub ſiniſtrâ mamillâ ſaliit. Circa ſeculi ſanè Secundi & Tertii poſt Chriſtum natum convergia JCti altioris ſubſellii Papinianus, Ulpianus, Paulus, Pomponius, Celſus; in ſeculo currente ſexto Trebonianus, Theophilus & alii, qvorum Studiis, velut ex naufragio diſperſæ tabulæ, inſtitutiones, Pandectæ, codex, autoritate JUSTINIANI fuerunt collectæ, claruerunt. Qvantumvis autem tùm propter infuſas ex communi vaginâ gentium, ſeptentrione ſc. in occidentem gentes barbaras, tùm propter ſchiſma inter Eccleſias Græcas & Latinas natum leges civiles per aliqvot Seculorum intervallum tacuerint in occidente, ſub LOTHARIO tamen Saxone, poſt præterlapſum â partu ſalutifero millenarium & ſeculum unum revixerunt, certatim convolantibus, qvi Daduchis, Ivone & Irnerio

rio, legum cognitioni vacarent. Ferventibus ita, Bononiæ præſertim, his ſtudiis, Gratianus, altare contra altare poſiturus Jus Canonicum, cui progreſſu temporis aſſumentum unum atqve alterum acceſſit, eodem adhuc ſeculo compilavit. Nec defuerunt ſeculis ſubſeqventibus, utpote ſub FRIDERICO Barbato Accurſius, Petrus de Vineis, ſub CAROLO IV. Bartholus & Baldus, JCtorum lumina, qvæ ferreum ingenium, aureum marſupium, & plumbeas nates ſtudio juris conſecrarent. Inſtauratis cum orthodoxâ religione bonis literis & artibus, cum numero ſtellarum cœlo ſudo fulgentium numerus JCtorum illuſtrium iniri poſſet. Utut autem injunctorum ſatagentes Jurisperiti magno emolumento ſint bono publico, in iisdem tamen εὐσέβεια & ἐμπειρία, veluti carbunculi duo, ſi reqviſitis aliis accedunt, coruſcant. Utramqve in Viro prudente reqvirit etiam Philoſophus Eth. 6. & illam qvidem ſub εὐβουλία comprehendit, cum conſilium non ὀρθὸν duntaxat, qvod acqvirendo fini qvadret optimè, ſed & καλὸν, qvod honeſtati & conſcientiæ minùs refragetur, deſi-

derat. Τὸ σοφὸν γὰρ οὐ σοφία, ut Euripides inqvit, nec prudentibus accenſendus venit, qvi non ſimul ſit Vir bonus. Hanc autem oculi nomine dictam in ſenibus, qvibus πολλὴν μνήμην tribuit, utpote veterem ſuſtinentibus hiſtoriam, elucere dicit, qvorum effatis proinde tantum fidei, qvantum in theoreticis axiomatibus univerſalibus, habendum ſtatuit. Hinc haſtæ juvenum, conſilia ſenum feruntur: hinc Seniorum Conſiliariorum obitûs ominoſi, & pœnæ loco in ſcripturis habentur. Nec enim in omnibus, qvi â conſiliis ſunt, ſerpentinus oculus cum columbino pectore, ſal ſcientiæ cum ſale conſcientiæ conjungitur. Ecqvis igitur obitum Viri, dum in vivis erat, Ampliſſimi, Conſultiſſimi & Excellentiſſimi Dn. CASPARIS ZIEGLERI, JCti celeberrimi, Practici Senioris dexterrimi, Reipublicæ oppidanæ Pro-Conſulis & Scabinatûs Electoralis Aſſeſſoris meritiſſimi, &c: titivillitii cenſeret? Præterqvam enim qvòd Jurisprudentia inſignis & rara, ex qvâ commoda plurima in publicum promanârunt, ſè vulgo Legalium ipſum exemerit, & clarâ in luce collocaverit, ſeni-

lis etiam experientia,cum pietate ſingulari conjuncta, rariſſima cum prioribus concurrentia dona, ipſum commendatiſſimum,& poſt fata jam deſideratiſſimum reddunt. Qvæ cauſa fuit, qvòd Anteceſſor & Amicus à Principibus & ſummo loco natis, expetitus fuerit, qvorum enixæ voluntati ſatisfeciſſet etiam, niſi ſuâ ſorte contentus & rationibus prægnantibus ductus, qvo priùs conſveverat modo, publico velificari maluiſſet. Pietatem non vita ſolummodò Chriſtiana, & in tractandis magni momenti negotiis conſcientia tenerior, ſed &, qvas reliqvit ſcriptas, piæ meditationes, ad beatam analyſin præparationes, ſpiritu fervidiore plenæ, ſatis ſuperqve teſtatam faciunt. Experientiam ſenilem non cauſæ duntaxat arduæ, qvæ devolvebantur ad ipſum, innumeræ, ſed & ætas, terminum Moſaicum prætergreſſa, caſibus variis exercita in menſa ſolis contemplandam exponunt. Ut verò τὸν μακαρίτην, cum qvo bonum publicum, inprimis Reſpublica oppidana, tantâ columnâ privata, jacturam fecit ingentem, per omnes ætatis ſuæ gradûs videamus exactiùs, vitæ curſum laudabiliter, & ad exē-

pium confectum, qvantum qvidem chartæ permiſerit anguſtia, delineabimus, & ut ZIEGLERUM miretur poſteritas, & ad hoc magnum INSTAR ſe conformare ſtudeat, efficere καδδύναμιν conabimur. Non ipſi Beatisſimo noſtro tam patriā, qvàm ipſe patriæ lumen accendit, ut ſæpiùs in obſcuro jacentibus locis grati cives famam conciliarunt perpetuam. Vagitus ipſius primos oppidum Luſatiæ inferioris Cotbus, ubi Parens, Vir Reverendus & Clariſſimus Dn. PAULUS ZIEGLERUS, Archidiaconum fideliſſimum agebat, anno ſuperioris ſeculi vergentis 81. 7mo. Id. Maji, excepit. Conſortem vitæ jam dictus Dn. PAULUS ZIEGLERUS habebat Fœminam antiqvâ i. e. ſincerâ, minusqve fucatâ virtute fulgentem, ELISABETHAM SCHNEIDERIAM, honeſto ibidem loco natam, qvibus vitam, ad regnum CHRISTI promotionem & ſollicitam educationem ὁ νῦν ἐν ἁγίοις debebat. Carnem enim de carne natum per φωτισμὸν, ut Græci vocabant baptiſmum, regno Chriſti curarunt inſeri & civem Hieroſolymæ τῆς ἄνω ſcribi. Ex eo pietatem totius educationis fundamen-

mentum rati, cùm vix balbutire inciperet, pietatis initia, catecheticis præceptis comprehenſa, cum primo lacte tenello inſtillarunt. Ad ſtudia verò ſentientes εὐφυέστατον, fidis Præceptoribus, qvibus Schola patria tum temporis erat commiſsa, literarum initiis imbuendum crediderunt. Excitatum hoc ingenium cùm frenis potius, qvàm calcaribus opus haberet, & profectibus ſuis apicem, ad qvem pertingere poterat in ſcholâ patriâ, maturè præverteret, Wratislaviam, ingeniorum matrem, contendit, & ibidem per qvinqvennium plus minùs in Gymnaſio ad S. MARIAM MAGDALENAM, ſub χειραγωγίᾳ fidelisſimâ Viri, qvem etiam poſt fata commendandum duxit, (ut his ipſis plurimum debemus,) Clarisſimi Dn. M. JOHANNIS HöCKELSHOVII, Rectoris, & Collegarum, in lingvis, Logicis, Ethicis & Phyſicis eos fecit progreſsûs, ut hoc cortice confiſus pelago Academico ſeſe committere nullus dubitaret. Nec ſpes Ipſum fefellit, cùm in Academiam Leucoream, anno ſeculi currentis tertio, à piis Parentibus miſſus ſpatia temporum ſpatiis longè majora in ſtudiis ſuis emetiri

potuerit. Ad pedes primùm Dn. Philoſophorum, inprimis, famigeratisſimi Viri tum temporis, *Gregorii Horſtii*, &, ut ſolido in fide ſuâ niteretur fundamento, Dn. Theologorum, qvi tunc fulgebant ibidem, *D. Georgii Mylii*, *D. Salomonis Geſneri*, *D. David Rungii*, *D. Leonhardi Hütteri* ſedit, unde Parentes in ſpem eam erigebantur, fore, ut aliqvando talento, ſibi divinitùs concredito, lucraretur in Eccleſiâ, ſed naturali qvadam propenſione ad ſtudium juris ferebatur, cui etiam poſtmodùm vitam ſuam omnem deſtinavit. Migrans inde locum, in hanc Philyréam anno 1604 ſe contulit, & ſollicitus adhuc de ſufficiente ad ſuperiorem Facultatem ἐφοδίῳ, in palæſtrâ Philoſophicâ ſpectari voluit, poſtmodùm ſub directione Viri Amplisſimi & Conſultisſimi *Dn. D. Joſephi Urſini*, Conſangvinei ſui, ſtudium juris aggreſſus, ab ore Dominorum Profesſorum pendere cœpit, primoq; ſtatim anno inſtitutiones, juris principia, non pitisſando delibavit, ſed plenis, ut cum Comico loqvar, faucibus ingurgitavit. Viam, qvam fuerat ingreſſus, inſiſtens, intra biennium ſubſeqvens, in duobus Collegiis

diſpu-

diſputatoriis ſuper inſtitutiones juris ſub præſidio Virorum Conſultiſſimorum *Dn. M. Wilhelmi Smuccii*, poſtmodùm JCti & P. celeberrimi, & *Dn. M. Balthaſaris Mavii*, pancraticè ſe geſſit & athleticè. Plus ultra verò tendens Viris juvenibus doctiſſimis, qvibus ſub *Dn. D. Bartholomæo Muſculo* anno 1607. Pandectarum collegio intereſſe libuit, ſeſe applicuit, nec ullam occaſionem, ( qvippe qvam fronte capillatam, poſticam calvam noverat, ) in benè cœpto ſtudio juris τȣ̃ θησαυρίζειν præterlabi paſſus fuit. Tandem etiam ſub famigeratiſſimo Theorico, *D. Wilhelmo Smuccio* anno 1608. Collegio Treutleriano τῷ μακαρίτῃ placuit intereſſe, cujus tamen ſtamen, licet ſpatio trimeſtri, aut ſemeſtri abſolvi non poterat, ( ut menſtrua poſtulantur hodiè, ) anteqvam finiretur, non abrupit, nec iſtud odioſum ſibi occini paſſus fuit: Principium fervet, medium tepet, ultima frigent. Exindè factum, ut qvicqvid hîc ſumſerit, non ſumtus, ſed induſtrio & diligenti lucro fuerit. Aures itaq; & animum ſibi pererrare tàm ſolidè doctus jurium Candidatus ſenſit illud Poëtæ:

Sem-

Semper ego Auditor tantùm, nun-
qvamne reponam?

& ſcholas ipſe privatas aperuit, inſtitutionum & Pandectarum Collegiis habitis, ex qvibus, velut ex eqvo Trojano, prodierunt ad ſummos honorum gradûs, & functiones ſplendidas deinceps evecti. Laudi ſibi certè duxit, qvòd in diſcipulorum numero Virum Magnificum, Nobiliſſimum & Conſultiſſimum *D. Bernbardum Bertramum*, magni nominis JCtum, Præſulatûs Halberſtadienſis, & tandem Ducalem Saxonicum Cancellarium eminentiſſimum agnoverit, qvippe qvi duobus in Collegiis anno 1609. & 1611. τȣ̃ νῦν ἐν ἁγίοις informatione fuerat uſus. Qvantumvis a. in Salanâ qvidem vicinâ, qvorſum ſeſe unà cum concreditis ſibi diſcipulis, *Dn. Paulo* & *Dn. Chriſtiano* Frankenſtein/qvorum hic gradu Doctorali condecoratus Senatui Reipub. patriæ tandem fuit â conſiliis, ille verò Prætoriâ dignitate hoc ipſo in loco fuit conſpicuus, conceſſerat, Collegiis ſuis juridicis aliis facem præferre animum induxerat, peſtis tamen contagio ibidem graſſante fuit prohibitus. Fatis interea concedentibus

paren-

parentibus Optimis, ut fructûs uberiores ſtudiorum ſuorum decerpere poſſet, in forum pragmaticum ſtudia ſua ſatis matura produxit. Applauſum verò Clientum ſentiens, ſupremum in utroq; jure gradum anno 1614., factis faciendis, decenter ambivit, eundemq; ſummâ cum laude, unâ cum candidatis aliis, anno 1615to ineunte impetravit. Specimen etiam non dicis gratiâ collati gradûs extare voluit concluſiones ad auream praxin Calvoli, juris publici factas, & in ſalivam communem emiſſas. Totus ex eo fuit in praxi forenſi, concurſu maximorum minimorum, Comitum, Baronum, Nobilium, Civium, velut ad oraculum civitatis, ut JCti domum Cicero ſalutat, ad Beatiſſimum noſtrum facto. Commotus exindè Sereniſſim. Sax.Elector, Advocatorum Rev. Conſiſtorii ordinariorum numero anno 1616. Eundem Clementiſſimè adſcripſit: Senatus verò loci hujus Amplisſimus anno 1638. menſe Auguſto in Collegium ſuum honoratiſſimum cooptavit, & conſiliarium ſalutavit. Graviſſimis ibidem defunctus negotiis & expeditionibꝰ, fidem & dexteritatem ſuam bellicis præ-

ſertim

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0033-9

ſertim temporibus Senatui dicto ſatis luculenter probavit: Comitiis etiam provincialibus adhibitus anno 40. & 41. decenter in hac ſtatione ſe geſsit. Deniq; poſt beatum diſceſſum Viri Ampliſsimi & Conſultisſimi *Dn. D. Heinrici Volckmari*, præviâ denominatione ſubjectisſimâ, Scabinatûs Aſſeſſor ab Electore Sereniſsimo anno 1646. fuit confirmatus. In his omnibus demandatis ſibi provinciis talem ſe geſsit, ut apud Collegas & omnes bonos triſte ſui deſiderium relinqvat. Vitæ ſociam, præmiſsis piis precibus, anno 1617. ſibi legit, Fœminam virtutum ſui ſexûs ſpecimen & exemplar non vulgare, *Annam Waltheriam; Dn. Johannis Kirſtenii* relictam viduam, cum qvâ *μιᾷ ψυχῇ* ſvaviſsimè vixit annos præter propter ſedecim, trium liberorum, duorum maſculorum, & unius fœmellæ factus Parens. Filius natu major *Dn. Fridericus*, cùm fundamenta in ſtudio juris non contemnenda jeciſſet, conſenſu Dn. Parentis in Academiâ Roſarum & Hafniâ iisdem ſuperſtruxit, & ut videret etiam gentes alio ſub ſole calentes, deniq; Parenti ſumtûs levaret, apud Batavos & Venetos hactenùs

nùs

nùs ſtipendia fecit. Natu minor, Vir Ampliſſ. & Conſultiſſ. *Dn. Caſparus*, Phil. & J. U. Doctor, in Academia Wittebergenſi Prof. P. Curiæ provincialis, Scabinatûs & Fac. Juridicæ Aſſeſſor graviſſimus, ut Parenti ſemper fuit delicium, utpote futurus nominis hæres: ita paulò ante beatam analyſin reverſus, incredibili adhuc perfudit gaudio. Filia verò unica Virgo lectiſſima, pietatis & virtutum laude nulli ſecunda, *Anna*, filiali amore & obedientiâ usqve ad extremum halitum Dn. Parentem proſecuta, jam ipſius jacturam acerbiſſimè luget. Subtractâ jugali & collaterali ſvaviſſimâ, id qvod anno 33. currentis ſeculi ſub obſidione Holckianâ factum, ut periculis bellicis & graſſanti peſtis contagio ſeq; ſuosq; ſubduceret, Erfurdiæ ad tempus domicilium fixit. Non una ibidem ſparta ſplendida, in aulis Principum ornanda, ipſi τῷ μακαρίτῃ fuit oblata, qvam tamen turbulentiſſimis iſtis temporibus modeſtè recuſavit. Viduitatis autem ſentiens incommoda, poſt triennium in iſto ſtatu exactum, ad ſecunda vota tranſiit, compare ſibi lectâ Fœminâ florentiſſimâ, virtutum encomiis cele-

bra-

bratiſſimâ *Sophiâ Rothauptiâ*, Viri Conſultiſſimi & Excellentiſſimi *Dn. D. Matthiæ Groſſii*, Practici nominatiſſimi, relictâ viduâ, Sponſaliis 6. Septemb. anno 1636. Eccleſiaſticâ benedictione conſummatis. Inter amoris reciproci flammas, & in hoc conjugio filioli unius, *Heinrici*, factus eſt Parens, qvi tamen nondum ſemeſtris obitu ſuo Parentes antevertit. Tale vitæ adjutorium ὁ νῦν ἐν ἁγίοις ſenſit in hac coſtâ ſuâ ſvaviſſimâ, ut annos 21. in hoc Conjugio exactos vix dies ſibi duxerit. Inprimis a. cum valetudinis propriæ jacturâ propter vigilias continuas, infirmitatum, præſertim temporibus, conjugalem ſuum amorem declaravit. Officium, qvo DEO ſuo devinciebatur, reliqvis omnibus antepoſuit, & partes iſtius attentâ verbi divini auſcultatione, lectione, meditatione, crebro myſteriorum uſu, precibus, operibus charitatis, erga pauperes liberalitate, accuratâ ſuorum educatione, conſilio & auxilio, qvo præſtò fuit indigenti proximo, & ſimilibus pluribꝰ, gnaviter adimplevit. Textum inprimis funebrem, qvo ſupra modum capiebatur, meditationibus, ſtylo biblico conformibus, illuſtravit, & ſolatium

tium

tium efficaciſſimum inde hauſit. In praxi forenſi non lites ex litibus ſerere, ſed favillam ſub cinere ſolebat extinguere. In judiciis citra προσωποληψίαν jus dicere, non larvis intervenientibus turbari, non aurigine laborare, non jus flectere, ſed ut ipſe coram tribunali juſtiſſimi judicis rationem reddere poſſet, agere. Qvô verò fini accedamꝰ propiùs, variis ab ineunte ætate infirmitatibus, inprimis catarrhis, infeſtabatur, ita ut jam anno currentis ſeculi 30mo fonticulo uti cœperit. Ex iſto circa novi anni auſpicium ſentiens incommodum, 7mo currentis menſis pavitans lecto affigi cœpit. Qvantumvis autem principiis occurſum, nullisq; mediis & remediis fuerit parſum, ſuperveniente tamen eryſipelate, viribusq; fractis, natura victrix in hac luctâ non potuit evadere. Mundo itaq; valedixit, & peccatorum editâ confesſione, acceptoq; ſacro viatico, piis precibus & cantionibus flexanimis, qvoad ejus per infirmitatem licebat, totum ſeſe ad beatam hinc emigrationem præparavit. Inprimis a. pro fidei conſtantiâ, piis cogitationibꝰ, & recto rationis uſu, ardenter ad Deum ingemiſcebat. Vo-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0037-2

ti compos factus, velut in ſomnum placidiſſimum ſolut9, proximâ Dominicâ poſt V. antelucanam animam in manûs Salvatoris exhalabat annorum, honorum & & meritorum ſatur. Vixerat annos 75. menſes 9. diem unum, & ita ut vixiſſe non pœnituerit. Duos ita JCtos Seniores, Viros non ê trivio, ſuis carceribus excurrens hic annus nobis abſtulit. Noſtrum eſt, precibus, ceu manu factâ Deum, ambire, ut ſuum ſufficit interponat, & decenti comitatu piè defuncti *Ziegleri* exuvias ad dormitorium ſuum comitari. Qvem in finem Dn. Profeſſores, Doctores, Licentiatos & Magiſtros, Jurisdictioni noſtræ ſubjectos, ad exeqvias horâ I. pom. eundas præſentibus invitamus.

P. P. die 22. Jan. Anno MDCLVII.

Bericht.

# Bericht.

ES iſt der Wohl-Ehrenveſte/ Groß-Achtbare und Hochgelahrte/ auch Hochweiſe Herr D. Caſpar Ziegler / Vornehmer Juris Conſultus, des Churfürſtl. Schöppenſtuhls Aſſeſſor, des Raths und Proconſul, und vornehmer Practicus allhier/ auff dieſe Welt gebohren den 9. Maji Anno 1581. / zu Cotbus/ in der Nieder-Laußnitz. Sein Vater iſt geweſen / der Ehrwürdige / Achtbare und Wolgelahrte Herr Paulus Ziegler/ Archi-Diaconus der Pfarr-Kirchen daſelbſt. Die Mutter aber die Erbare / Ehren-Tugendreiche Frau Eliſabeth/ des Ehrenveſten / Wolgeachten Antonii Schneiders / Bürgers und Cramers des Orts hinterlaſſene Tochter. Von dieſen ſeinen ehrlichen Eltern iſt der Verſtorbene nicht allein in der reinen Evangeliſchen Religion gebohren/ und durch das Bad der heiligen Tauffe der Kirchen Chriſti einverleibet/ ſondern auch zur Schulen und zum Studieren gehalten. Demnach aber dieſelben bey dieſen ihren Sohne ein gutes Ingenium geſpüret/ die Schule auch des Orts bey ſeinem

Progreſſu faſt zu wenig ſeyn wollen/ Als haben ſie Jhn Anno 1598. nach Breßlau verſchickt/ da Er denn eben in dem Gymnaſio zu S. Marien Magdalenen den gelehrten Mann/ Herrn M. Johann Häckelshofen/ als Rectorem angetroffen. Unter deſſen/ und der andern Collegarum Inſtitution Er biß in das fünffte Jahr ſeine Fundamenta in lingvis, Logicis, Ethicis und Phyſicis ziemlich gelegt/ und ſich ad vitam Academicam wol præpariret. Darauff Er Anno 1603. uff die Univerſitet Wittenberg von ſeinen Eltern verſchicket/ da Er dann ſeine Fundamenta pietatis, allerley Verdachten der Religion halber zu verhüten/ gelegt/ der vornehmen Theologorum, als Doctoris Mylii, Doctoris Geſneri, Doctoris Rungii, und Doctoris Hütteri, publicas lectiones und Diſputationes fleißig beſuchet und nachgeſchrieben. So wol auch in Philoſophicis Collegiis, vornehmlich bey dem damals berühmten Herrn M. Gregorio Horſtio diſputando ſich gebrauchen laſſen. Und obſchon ſeine Eltern in den Gedancken geſtanden/ weil damals in der Univerſitet Wittenberg die Theologica Facultas in groſſen Flor geweſen/ daß Er durch ſolche Occaſion

caſion zu der Theologia ſich wenden werde/ ſo hat ſich doch ſeine natürliche Zuneigung zu der Jurisprudenz gelencket. Derowegen als Er Anno 1604. von Wittenberg anhero uff Leipzig ſich begeben/ und anfänglich in Collegiis Logicis & Ethicis ſich noch ferner exerciret, auch damals ſeinen Blutsfreund/ Herrn Joſephum Urſinum, J. U. Doctorem noch am Leben angetroffen/ hat Er auff deſſen Rath und Gutachten in GOttes Namen das Studium Juridicum angefangen/ darin Er die erſten Fundamenta in Lectionibus Doctorum über die Inſtitutiones alſobald das erſte Jahr ergriffen/ und hernach Anno 1605. und 1606. in zweyen Collegiis diſputatoriis ſuper Inſtitutiones juris des Herrn Doct. Wilhelmi Schmuccii, und Herrn M. Balthaſaris Mavii ſich geübet. Als auch Anno 1607. Herr D. Bartholomæus Muſculus ein Collegium Pandectarum angefangen/ und vornehme gelehrte Studioſos an ſich bracht/ hat der Selig-verſtorbene denſelben ſich auch adjungiret, und keine Gelegenheit/ etwas nützliches zu lernen/ vorüber gehen laſſen. Endlich als auch der (bey dieſer Univerſitet berühmte) Theoricus, Herr Doctor Wilhelm Schmuck/ Anno

 1608

1608. ein Collegium Treutlerianum, zu halten angemeldet / haben viel geſchickte Ingenia, darunter auch der Selig-verſtorbene geweſen/ ſich bey demſelben angegeben / und ſolches Collegium mit gutem Nutz gehalten/ continuiret, und zu ende gebracht.

Hierauff hat Er nun hernach ſelbſt unterſchiedene Collegia Inſtitutionum und Pandectarum gehalten / alſo daß unter ſeinem Præſidio unterſchiedene Studioſi in ihrer Jurisprudenz zum Auffnehmen kommen. Inmaſſen etliche derſelben hernach auff anderen Univerſiteten den Gradum Doctoratûs angenommen /und in publicis officiis ſich haben gebrauchen laſſen. Wie dann der Selig-verſtorbene Ihme auch vor eine beſondere Ehre gehalten / daß unter andern ſeinen Collegis der vornehme und gelahrte Mann / Herr Doct. Bernhard Bertram/ geweſener Fürſtlicher Sächſiſcher Cantzler zu Altenburg ſich befunden/ welcher in zweyen ſeinen Collegiis, Anno 1609. und 1611., ſich exerciret hat.

Wiewol nun unſer ſelig verſtorbener Anno 1611. als Er bey Herrn Paulo und Herrn Chriſtiano Franckenſtein Gebrüdern/ als dero Præceptor und Informator ſich aufgehal-

gehalten / uff die Vniverſitet Jena ſich gewendet / und aldar eine Zeitlang zu verharren / auch Collegia Diſputatoria zu halten entſchloſſen geweſen: So iſt doch damals das Contagium und die Peſt eingefallen / dadurch viel Studioſi, und unter denen auch Er / auszuweichen / und der Gefahr zu entgehen gezwungen worden. Weil Er aber befunden / daß Er doch endlich ſeine jurisprudenz zu nutz bringen müſte: Immittelſt auch ſeine liebe Eltern zugleich an dem Contagio verſchieden: So hat Er ſich auch nicht unbillich zur praxi gewendet / und darin ſeinen Fleiß ſehen laſſen. Und weil Er guten ſucceſs befunden / ſo hat Er auff vorhergehende Berathſchlagung vor nützlich gehalten / bey der löblichen Univerſität Jena Anno 1614. den ſupremum gradum in utroqve jure zu adfectiren. Da Er denn auff ſein Angeben alſobald in numerum Candidatorum angenommen / zu beyden examinibus, wie auch ad publicam Diſputationem zugelaſſen. Und als eben umb dieſelbe Zeit am 10. Januarii Anno 1615. eine ſolennis Promotio Doctoralis in allen dreyen Faculteten uno actu gehalten / Als hat Er ſich bey ſolchem actu auch finden laſ-

 ſen /

ſen/ und iſt nebenſt andern ſechs Candidatis zu einem Doctore Juris proclamiret worden. Auch daß Er ſolche Honores, nicht wie etliche bißweilen nur dicis causâ meritiret, hat Er bald hernach ſeine Concluſiones ad auream praxin Calvoli der gelehrten Welt zum beſten heraus gegeben. Worauff er hernach ſein Curriculum vitæ zu der praxi noch ferner gewendet / darinnen er vielen vornehmen Grafen / Herren / denen von Adel / und andern ehrlichen Leuten mit ſeinen Conſiliis und adſiſtenz bedienet geweſen. Jnmaſſen er auch Anno 1616. von Jhr. Churfl. Durchl. zu Sachſen/ Unſern Gnädigſten Herrn/ Chriſtmildeſten Andenckens / zu des löblichen Conſiſtorii Advocato ordinario confirmiret worden / und weil er in ſeinem Beruff ſich friedfertig erzeiget/ auch mehr zu gütlichen Vergleichungen/ als zu koſtbaren Proceſſen und Zanckhändeln Beliebung getragen / iſt er von iedermann geliebet und geehret worden. Dahero auch Ein Ehrenveſter / Hochweiſer Rath allhier ein Auge auff Jhn gehabt / und ihn/ Anno 1638. im Monat Auguſto, in Collegium Senatûs gezogen / Jhme auch die Adſeſſur auffgetragen. Jn welchem

chem ſeinem officio er bey dieſen ſchwe-
ren Kriegsläufften offtmahl verhaſſete
und gefährliche expeditiones uff ſich neh-
men müſſen.

Wie Er denn zu dem Anno 1640. zu
Dreßden gehaltenen Landtage / ſo wol bey
denen Anno 1641. beruffenen Ausſchoſſe der
Landſchafft / Raths wegen nebenſt andern
Herren abgeſchicket / und allda ſeine labores
gemeiner Stadt wegen rühmlich verrichtet.

Demnach auch Anno 1646. in dem
Churfl. Sächſ. Schöppenſtule allhier / durch
Herrn D. Henrici Volckmars ſelig Ab-
ſterben die Stelle ſich verledigt / Als iſt bey-
des von denen Herrn Scabinis, ſo wohl auch
von E. Ehrenveſten / Hochw. Rathe dieſer
unſer in Gott ruhender zu Erſetzung dieſer
vacirender Stelle einhellig vorgeſchlagen /
und von Ihrer Churfl. Durchl. u. G. H.
Chriſtmildeſten Andenckens gnädigſt con-
firmiret worden / wie er denn am 8. Septem-
bris deſſelben Jahres vermittelſt ſeiner Ei-
desleiſtung inſtalliret worden / da er dann
nach ſeinen Ihme von Gott verliehenen Ga-
ben ſeine labores höchſten Fleiſſes verrich-
tet.

Seinen Eheſtand betreffend / iſts bey dieſer Stadt bekant / daß der Verſtorbene anfänglich Anno 1617. mit der damahls Erbaren / Ehren-viel Tugendreichen Frau Annen Waltherin / des Ehrenveſten und Fürnehmen Herrn Johann Kürſtens hinterbliebener Witwen / in den heiligen Eheſtand getreten / mit welcher er eine friedliche und fruchtbare Ehe beſeſſen / auch mit derſelben zweene Söhne / ſo zum ſtudiren gehalten worden / und eine Tochter gezeiget. Davon der älteſte Herr Friedrich / als er zuvor / ſo wol aus Väterlicher / als anderer fürnehmen Herren Profeſſoren allhier information, ſeine fundamenta juris ſolidè geleget / auch hernach mit des Herrn Vaters Vergünſtigung zu Roſtock und Koppenhagen darinnen ferner glücklich fortgefahren / darauff aus Begierde frembde Lande zu beſuchen / auch des Herrn Vaters Speſen / weil die ſchwere Belägerung und Krieges-Zeit eingefallen / zu erleichtern / ſich anfänglich in Holländiſche zur See / und hernach weiter in Venetianiſche Krieges-Dienſte eingelaſſen.

Der ander aber Herr Caſpar, der Philoſophiæ und beyder Rechten Doctor, Profeſſor

feſſor Publicus, des Hoffgerichts / Schöppenſtuels / und Juriſten Facultät in Wittenberg Aſſeſſor: ſo durch dieſe wohlverdiente Honores ſeinen Herrn Vater in hohen Alter erfreuet / auch noch vor deſſen ſeligen Ende/ durch ſeine Ankunfft ſonderlich noch erqvicket. Wie auch Jungfrau Anna/ welche nebenſt wolgedachten ihren Bruder mit kindlicher Liebe und ſchuldigen Gehorſam biß an ſeinen ſeligen Abſchied Ihm entgegen gangen / ſind anietzo zugegen / und geben den ſeligen Herrn Vater mit betrübten Hertzen zu ſeiner Chriſtlichen Beerdigung das Geleite.

Demnach aber der liebe GOtt Anno 1633. den 4. Auguſti Jhn mit den ſchweren Hauscreutze angegriffen / und Jhme wolgedachtes ſein liebes Eheweib durch den zeitlichen Todt in der gefährlichſten Krieges-Noth hinweg geriſſen / welche dann eben den Tag zuvor/ ehe denn der General Holcke mit ſeinem Feuerwerck vor die Stadt gerucket / nemlich am 7. Auguſti / zur Erden beſtattet worden.

Und es bey dieſem Unglück nicht blieben / ſondern als nach Abzug der Käyſerlichen Völcker / die Sterbens-Läuffte allhier ſich funden / und das Contagium auch

in

in des Verſtorbenen Behauſſung/ in den Brüel kommen/ hat Er ſich am 14. Septembris Anno 1633. aus dem Hauſe begeben/ und bey deme noch continuirten Krieges-Geſchrey/ mit den Seinigen nach Erffurt ſalviret, iſt auch ein gantzes Jahr des Orts verblieben. Weil Er aber nach ſeiner Anheimkunfft/ in ſeinem Witwerſtand mit ſeinen Kindern/ in ſeinem Beruff allhier verharret/ ungeacht daß Ihme an unterſchiedenen Orten an Fürſtl. Höffen Beſtallungen angeboten / hat Er dennoch bey ſolchen gefährlichen Zeiten in keine publica officia ſich eingelaſſen/ ſondern vielmehr in privat-Leben ſeine Jahre zubringen wollen.

Als Er nun in ſolchen ſeinen Witwerſtande über drey Jahr gelebet / hat Er ſich endlich nach GOttes Willen zu der andern Ehe gewendet / und mit der Erbaren und Ehren-Tugendreichen Frauen Sophien/ gebohrnen Rothhäuptin / des weyland Ehrenveſten / HochAchtbaren / und Hochgelahrten Herrn Matthiæ Groſſens / beyder Rechten Doctoris , und Practici allhier/ hinterlaſſenen Wittwen / ein Chriſtlich Ehegelöbnüß verhandelt / auch am 6. Septembris Anno 1636. durch offenen Kirchgang

voll-

vollzogen. Mit welcher Er eine friedliche und freundliche Ehe beſeſſen / und mit derſelben zwar ein Söhnlein / Namens Henrich / erzeiget / es iſt aber daſſelbe in der neunzehenden Wochen ſeines Alters von dem lieben GOtt wiederumb abgefodert. Wiewol ſie nun der liebe GOtt nach ſelber Zeit mit keiner Leibes-Frucht mehr geſegnet und erfreuet hat / ſo iſt doch dieſe ihre Ehe biß ins 21. Jahr / ohne einigen zwiſchen ihnen entſtandenen Widerwillen / in beſtändiger Ehlicher Liebe und Treue unverbrüchlich verblieben / daß auch der Selig-verſtorbene Herr für ſeinem Ende erwehnet / es dünckten Jhm ſolche 21. Jahr kaum 21. Tage. Er hat an ſelber iederzeit einen lieben Ehegatten / fleißige Gehülffin / in unterſchiedlichen ſchweren Jhm zugeſtoſſenen Kranckheiten eine ſorgfältige Wärtherin / und in dem ſchon an Jhm von GOtt verliehenen Alter eine beſondere Pflegerin gehabt. Maſſen Sie denn in dieſer letzten Kranckheit Jhm hülffreiche Hand gebothen / unterſchiedliche Nächte ohne Schlaff / auch endlichen mit zugeſtoſſenen Ohnmachten zugebracht / und darüber ihres eigenen Leibes nicht geſchonet / noch ihre

Ge-

Geſundheit mehr / als des Selig-Verſtorbenen in acht genommen.

Sonſt iſt ſein Leben einem ieden allhier wol bekant / daß Er einen Chriſtlichen Wandel geführet / die lieben Predigten / ſo lange es ſeine Leibes Diſpoſition zugelaſſen / täglich / auch hernach / da Ihm unterſchiedliche Schwachheiten / ſonderlich aber faſt gäntzliche Beraubung des Geſichts abgehalten / dennoch fleißig beſucht / ſeine Bibel Ihm wol bekant gemacht / ſonderliche denckwürdige Sprüche daraus gezogen / auch ſeinen Leichen-Text mit ſchönen Gedancken ſchrifftmäßig zu ſeiner eigenen Andacht / und zu beſondern Labſal in ſeiner Todesſtunde erkläret / und mit eigener Hand auffgezeichnet / Sich und die Seinigen zu Hauſe mit troſtreichen und bußfertigen Liedern zu brünſtiger Andacht und Gottesfurcht auffgemuntert / tägliche Bethſtunden auch in kalter und freyer Lufft Morgens und Abends für ſich ſelbſt gehalten / auch ſolches dieſer Zeit / da Er allbereit dieſe letzte Unpäßligkeit vermercket / ſich kaum darvon abhalten laſſen wollen. Das Hochwürdige Abendmahl mit ſeiner Familia fleißig gebrauchet / den Armuth hülffreiche Hand mit guten

Her-

Hertzen gebothen/den Nächſten/und ſonderlich Witwen und Wäyſen/ nach euſſerſten Vermögen gedienet/gegē määniglich ſich aufrichtig und redlich bezeiget/ und ſich in allen als einen guten Haußhalter der von GOtt Ihm verliehenen Gaben erwieſen. Gegen gemeine Stadt hat Er ſich dermaſſen verhalten/ daß Ihm verhoffentlich ein ieder/ ſo ein unverfälſcht Judicium bey ſich hat/ deßwegen ein rühmlich Zeugnüß geben wird. In Gerichten und bey Rechtlichen Sachen iſt Er unparteyiſch und Gewiſſenhafft geweſen/ einem ieden das ſeine ohne Anſehung der Perſon zugeſprochen / Geſchenck und Gaben verworffen/ſich durch keinerley Weiſe Gold oder Silber verblenden laſſen/ ſondern in allen und ieden alſo gehandelt/ wie Er es vor GOtt/ der Erbarn Welt/ und gegen ſein eigen Gewiſſen zu verantworten getrauet.

Belangend des Selig-Verſtorbenen Kranckheit/ ſo hat Er von Jugend auff viel ſchwere und gefährliche Lager überſtanden/ faſt unzehliche Catharros überwunden/ und ſo viel Zufälle gehabt/ daß Er ſchon Anno 1630. Ihm eine Fontanel an den lincken Schenckel ſetzen laſſen müſſen/welches Ihm

faſt

faſt biß an ſein Ende / ſeine Geſundheit erhalten. Es haben ſich aber bald zu Anfang dieſes Jahrs an gedachten Fontanelle Schmertzen angefunden / ſo daß der Selig-Verſtorbene am 7. dieſes nach einen unvermutheten Froſte Bettlägerig werden müſſen. Ob nun wol in der Zeit Rath geſchaffet / und dienliche Mittel an die Hand gebracht worden / ſo hat ſich doch bald darauf an gedachten Schenckel die Roſe / und darnach der kalte Brand / gefunden / welchen zwar die Herren Medici und Barbierer ihm zu rechter Zeit geſtillet / auch daher gute Hoffnung voriger Geſundheit gemachet / weil aber die Kräffte endlich alſo abgenommen / ſo hat auch die Natur / wie ſehr ſie ſich gewehret / bey ſo hohen Alter ſich doch nicht wieder erholen können / ſondern von Tage zu Tage abgenommen / und ungeachtet aller koſtbahren Artzneyen und fleißiger Wartung endlich gäntzlich erliegen müſſen. Nach dem nun ſolches der Selig-Verſtorbene gemercket / hat Er ſich zu ſeinem Ende geſchicket / den von den Herren Theologis Ihme zum öfftern zugeſprochenen Troſt / mit frölichem Gemüthe gefaſſet / das heilige Abendmahl hierauff empfangen / unterſchiedliche geiſtli-

che Lieder / wiewohl bey groſſer Schwach-
heit / ſelbſt mit geſungen / ſeines HERRN
CHRISTI ſich zum öfftern erinnert /
dabey für guten Verſtand GOTT gedan-
cket / und umb Beſtändigkeit denſelben ge-
beten / welche Ihm auch dermaſſen gewä-
ret worden / daß Er am vergangenen Son-
tage den 18. dieſes frühe / bald nach fünff
Uhr mitten unter dem Gebeth der Umbſte-
henden / ein vernünfftiges / ſanfft und ſe-
liges Ende in CHriſto ſeinem Erlöſer ge-
nommen hat. Seines Alters 76. Jahr /
9. Monat / 9. Tage.

GOTT verleihe dem abge-
ſeelten Cörper / eine ſanffte ſelige
Ruhe in der Erden / und dermahl-
eins am Tage der groſſen Herrlig-
keit GOttes eine fröliche Auffer-
ſtehung zu der ewigen Seligkeit
und Herrligkeit / Erleuchte uns
auch durch den heiligen Geiſt / und
regiere uns / daß wir CHriſtum /
den gerechten Knecht GOttes /
recht erkennen / an Ihn gläuben /

und ein Gottſeliges Leben führen/ damit wir in ſolchen Erkäntnüß Chriſti und wahren Glauben erhalten werden / und wenn unſer Zeit und Stündlein herbey rücket/ ein ſeliges Ende / und an bald herbey=nahenden Jüngſten Tage ſamt unſern ſeligen Mitbruder / und allen Außerwehlten / die fröliche und herrliche Aufferſtehung unſers Leibes erlangen mögen. Und das wolle GOTT thun umb ſeines lieben Sohnes des gerechten Knechts JEſu Chriſti willen/ Amen.

Ad

## *Ad eos, qvi Exeqvias iverant.*

MAgnifice Academiæ Rector, Conſules Ampliſſimi, Patres utriusqve Reipubl. conſcripti, & qvotqvot adeſtis, Exeqviatores omnium ordinum Honoratisſimi, Vosqve genere, ingenio, formâ, caſtitate Nobiles matronæ;

Qvamvis ſuperſtitioſa gentilitas multum ſibi non minùs in fingendis, qvàm interpretandis ominibus indulſerit, in eo tamen falſa non fuit, qvòd, uti cæterarum rerum initia, ita & ipſa ineuntis novi anni auſpicia, lætis fauſtisqve celebrari ominibus debere exiſtimaverit. Qvod ſi aut repentinæ Magiſtratuum mortes, aut cruenta ſupplicia illud novi veterisqve anni ſignarent conterminium, fœdum & triſte atqve abominabile putabatur. Ad illud genus refero, qvòd lacum lucrinum fruendum primò omni-

um locabant, qvòd in delectu cenſuve primos Valerium, Salvium, & ſimiles, qvi boni nominis eſſent, citabant, qvòd miſſis invicem ſtrenis gratulabantur, qvòd vota biduo poſt Calendas anni auſpices publicè ſuſcipiebant Romani, rerum Domini. Ad hoc, qvod magnâ cum miſeratione legitur decedens initio anni Conſul, magnâ cum invidiâ memoratur aut ſaxo Tarpejo dejectus à C. Mario Licinius, aut tractus in carcerem Sejani inſtinctu Titius Sabinus, fœdumqve anno principium factum, cum inter ſacra & vota, qvo tempore etiam verbis profanis abſtinere mos eſt, vincla & laqveus inducerentur. Noſtris qvoqve moribus, qvantum qvidem ego ſcio, rectè cavetur, ne temerè Calendis ipſis Januariis funus qvodpiam ducatur, neve publica redeuntis in ſe anni lætitia privato luctu contaminetur. Sed non, ut funerum deductioni homines, ita hominum funeribus fata & Parcæ modum ſtatuunt. Eqvidem ut ab anili procul abeſſe qvisqve cordatus ſuperſtitione, meritò ſtudet, ita profectò omine care-

re

re non arbitratur, qvod inter hæc ipſa inchoantis anni primordia feſtaqve adeò luce *Vir dignitatis Ampliſſimæ, & non minùs Illuſtri Conſiliarii Electoralis honore ſpectandus, qvàm ſacrâ canitie venerandus,* deceſſit. Qvod ſi ſenex in domo bonum in domo ſignum eſt, juxta Benſyræ, Hebræorum vetuſtiſſimi, dicterium, ruinoſæ & tantum non callabentis indicium eſſe, opinor, ſubduci & amoveri, qvibus cani ſacram qvandam majeſtatem circumdederant. Et ſanè ne dubitare poſſemus, inter triſtia irritati infenſiqve noſtris criminibus numinis, eſſe ſigna ILLUSTRIS PINCKARTI obitum, ſubſecutus eſt paucorum intervallo dierum *Vir* itidem *Nobiliſſimus, Ampliſſimus & Conſultiſſimus Dominus CASPAR ZIEGLERUS, JurisConſultus celeberrimus, Scabinatus Aſſeſſor graviſſimus, &*

*Senatorii in hâc civitate ordinis lumen atqve columen*, in qvo qvantum amiſerimus, utinam tàm facilè dememiniſſe liceret, qvàm ego facilè dicere poſſem, ſi illud aut loci hujus foret, aut temporis. Neqve tamen indictas transmittere tot tanti Viri virtutes fas eſt, qvamvis pauca dicere culpâqve ingenii debitam ei gloriam deterere, noſtrum in opprobrium vergere qveat. Præſtat enim, minùs eloqventem, qvàm minùs pium videri, cùm alterum noſtro ſcelere contingat, alterum in naturæ defectum rejici poſſit. Et alioqvin totum hoc officium ſupremo honori hominis, de me, deqve parente qvondam meo optimè meriti, pietatis profeſſione aut probatum cupio bonis aut excuſatum. Poſtqvam itaqve feliciſſimo ortu ſeculum ſuperius illuſtravit CASPAR ZIEGLERUS, capaxqve ad omnia ingenium in hâc & vicinis Academiis perpolivit, matura jam ſtudia ex ſcholis & umbrâ in lucem forumqve protulit, ibiqve nil aut priùs habuit aut anti-

antiqvius, qvàm ut clientibus fidem religiosè approbaret: fidem, inqvam, qvâ generis humani jam malè cohærens continetur commercium. Idqve non eo tantum, ut ne prævaricator foret, ſed ne, qvod peſſimum qvorundam artificium eſt, litium protractor. Cumqve merſo vitiis ſeculo forſan non malè conveniat, qvod de ſuo *Tacitus* noſter qveritur, nihil publicæ mercis tàm venale eſſe, qvàm advocatorum perfidiam, qvi qvæ perdidicerunt exorabula judicantium, aut decipula adverſantium, eò convertunt omnia, ut immortales lites faciant, aut à trinepote forſan finiendas; ipſe contra ea, ut qvàm maturrimè vel judex litem decideret, vel eandem, qvod præferebat, amicâ partes compoſitione terminarent, enitebatur. Longè alius & diverſus à raucis fori tintinnabulis, & togatis vulturibus, qvi ubi ex æqvo & bono componi diſſidia breviqve ambitu concludi lites vident, inde profugiunt, nunqvam ſcilic. rem facturos ſe opinantes, niſi ex vexatis penatibus plus ipſi egeſſerint, qvam ex victoria cauſæ eò

rediturum erat. Idem ergò, qvam ſanctitatem religioſus advocatus clientibus, eam & multò magis incorruptus judex præſtabat litigantibus; qvòd advocati malitiam à judice poſſe corripi, non item judicis perverſitatem ab advocato corrigi exiſtimaret. Pœnas innocentium, impunitates noxiorum precio vel precibus largiri, aut cum *Veſpaſiano* ex *Cænidis alicujus* ſententiâ moderari, non paucis ſeculum vocatur: cùm ex adverſo in ipſum competeret, qvod de *Fabricio* olim *Pyrrhus*, citiùs ſolem à curſu, qvàm illum ab honeſto dimoveri poſſe; nec enim rectè faciebat, ut feciſſe videretur, ſed qvia aliter facere non poterat. Qvæ qvantaqve illius in Rempubl. hanc oppidanam fuerint merita, qvantâ induſtriâ, aſſiduitate, judicio, dexteritate commiſſa ſibi negotia adminiſtraverit & expedierit, qvantos exantlarit labores, qvàm acres ac innocentes pro bono publico ſubierit contentiones, dicere nil attinet, vulgò & paſſim nota. Et certè abſtinentiam, auctoritatem, temperatam gravitate humanitatem, erga

ſum-

ſummos atq; infimos, laudare in tanto Viro velle, invidia virtutum fuerit. Liberalitatem in egenos, promtum afflictis auxilium, perplexis dubiisqve conſilium, domeſtici ſanctitatem exempli, matrimonii utriusqve caſtimoniam, & qvæ caput omnium eſt & fundamentum, pietatem & in orthodoxâ religione conſtantiam, ſciens volensqve prætereo. Unum eſt, in qvo *Macedonici Metelli* fortunæ, tantoperè *Vellejo* noſtro laudatæ, felicitatem ejus aut comparare aut etiam præferre non dubito, qvòd nactus à primo proximum in civitate faſtigium, & extentum vitæ ſpatium ex priore matrimonio filium ſibi cognominem ſuſtulerit, qvòd adultæ ætatis viderit, qvod ſuperſtitem reliqverit & honoratiſſimum. Qvippe cui, præter ſupremam in philoſophiâ lauream, ea pertinaci & prope inimitabili diligentiâ parta gloria eſt, ut in duabus ampliſſimis Facultatibus, alterâ qvidem Doctoris titulum meruerit, obtinuerit in alterâ, eumqve jam alibi ſummo cum applauſu publicè docendo impleat. In hujus

amplexibus feſſum ſenio, fractum morbo generoſum ſpiritum exhalavit. Fuitqve adeò, Exeqviatores Honoratiſſimi, ZIEGLERUS noſter, fuit; Nobisqve triſtiſſimam hanc neceſſitatem impoſuit, ut tanqvam immaturam mortem ejus deflere cogamur, qvæ ætatem reſpicientibus non eſt properata. Nimirum ſibi qvidem ille ſatis, ſatis gloriæ ſuæ vixit, qvam factis & meritis, qvam ſcriptis & aureis ad auream *Calvoli* praxin additionibus extendit, famæqve ſuæ vivus vidensqve interfuit, ſed civitati tamen huic & Reipublicæ vixit parùm. Cui non poteſt non acerba videri mors ejus & omnium, qvi bono publico ſe ſuamqve vitam conſecrant. Qvanqvam injuriam propemodùm facio beatiſſimis viri Optimi Manibus, dum mortem ejus lugeo, cum noſtram ſortem miſereri deberem. Ejus qvippe mortalitas magis finita, qvàm vita eſt. Vivit, vivetqve ſemper, atqve etiam latiùs in memoriâ hominum & ſermone verſabitur, poſtqvam ab oculis remoti vigilem induſtriam deſiderare reſpublica cœperit.

Et

*Et vos qvoqve, omnium ordinum atq; dignitatum Viri Honoratiſſimi, Vos Matronæ lectiſſimæ, qvanti feceritis vivum, qvanti æſtimetis defunctum, hoc tàm freqventi comitatu, communis veſtri mœroris indice, teſtati abundè eſtis. Qvibus omnibus & ſingulis conjux, liberiq; mœſtiſſimi, gratias agunt debitas, pollicentes, me interprete, nunqvam fore, ut hujus officii labatur pectore recordatio, qvin id primâ qvâqve occaſione, ſed lætioribus veſtris rebus, rependant.*

*Tu mihi nunc poſtremò, beata Ampliſſimi ZIEGLERI anima, cœlicis recepta ſedibus, ſi* qvis

*qvis tibi pietatis noſtræ ſenſus ſupereſt, ſi terrena hæc & mortalia adſpicis, ſalve mihi æternum, ſalve, ſalve, æternumqve vale; Nos Te ordine, qvo, ſupremus vitæ noſtræ arbiter, DEUS qvemqve voluerit, cuncti ſeqvemur.*

Dixit

Chriſtian Fridericus Franckenſtein / Prof. Publ.

CHRI-

*CHRISTO SERVATORI*

*S. ET BON. MEM.*

# CASPARIS ZIEGLERI,

REIP. LIPSIENS.

PROCONS.

LEGUM ET CONSVETUDI-
NUM SUÆ CIVITATIS
ET AD RESPONDENDUM
ET AD AGENDUM
ET AD CAVENDUM
PERITISSIMI,
UT NON JURIS MAGIS, QVAM JU-
STITIÆ CONSULTUS
ESSET,
QVI URBANAM PRIMUM CAUSAS
ORANDI MILITIAM
SECUTUS,
MULTUM VIGILAVIT, LABORAVIT,
ET PRÆSTO MULTIS FUIT
UT INNOCENTES LIBERARET,
AFFLICTIS OPEM FERRET,
CONTROVERSIAS TOLLERET,

ET

ET CUIQVE SUUM IN JURE
IMPETRARET,
QVA SUA INDUSTRIA
PRINCIPES,
POPULOS,
CIVES,
SIBI REDDIDIT FAVENTES
REIP. DEINCEPS ET TRIBU-
NALIBUS ADMOTUS
GRAVITATE, CONSTANTIA, FIDE
ATQVE PRUDENTIA EMINUIT
SINGULARI,
INTER LITIGANTES MEDIUM
SE PRÆBUIT,
ITA
UT ETIAM, QVOS CONTRA
STATUERET,
ÆQVOS PLACATOSQVE DIMITTERET,
DIUTURNIS INTEREA BELLI
GERMANICI
CALAMITATIBUS FATIGATUS,
BONIS PENE OMNIBUS EXUTUS,
TANDEM RESTITUTA PACE
VITÆ SATUR,
ANIMAM DEO CREATORI REDDIDIT.
PATRI BENE MERENTI
P.
CASPAR. ZIEGLERUS, ANTECES-
SOR IN ACAD. WITTEBERG.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0066-3

# PIETAS
# ANNÆ
# ZIEGLERIÆ,

MATRI BENEME-
RENTI,

*debita*

à

FILIO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0067-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0068-4

QVi ductus oris, qvi vultus in te fuerit, MATER BENIGNISSIMA, nulla penes me memoria ſupereſt. Obverſatur animo aliqva haud raró lineamentorum conformatio, ſed confuſa admodùm, & veluti nube obducta, nullo autem charactere ſatis diſtincta. Qvàm vellem ego materni affectûs, qvi ab omnibus eruditis tantoperè celebratur, conſcius eſſe, ut ipſe qvoq; de eo teſtis eſſe poſſem omni exceptione major. Ajunt, matres plus diligere liberos, & multo ardentiùs uri, qvàm patres, & nullum nomen amantius, indulgentiusq; nullum eſſe, qvàm maternum. Id ego etſi ſciens expertus non ſim, facilè tamen in eam ſententiam adducor, propterea, qvòd pondus ac tædium ab initio matribus ſint liberi, dehinc acerrimum dolorem, ac tandem continuos labores atq; ſollicitudines ex ſe concitent, atq; producant. Solet autem impensè & multo vehementiùs amari id,

ri id, qvod plurimo labore & difficulter admodùm, nec niſi cum anxietate aliqvâ acqviritur.

Δεινὸν γυναιξὶν, αἱ δι ὠδίνων γοναὶ,
Καὶ φιλότεκνόν πως πᾶν γυναικεῖον γένος,

ait Chorus Jocaſtæ apud Euripidem. Id ſi verum eſt, qvod mulieribus de ſe ipſis teſtimonium ferentibus haud obſtante JCtorum regulâ, in hoc negotio facilè credo, non dubito, MATER OPTIMA, eundem tibi affectum fuiſſe, eandemqve animi inclinationem. Qvin puto, multò incitatiorem & inflammatum magis fuiſſe amorem tuum in me, qvàm in reliqvos ex te genitos fratres & ſorores, tùm qvòd propter difficillimum ægerrimumq; partum, qvo enixa me es, acerbiſſimos tibi & planè ſingulares, non cum vitæ tantùm diſcrimine, ſed etiam cum perpetuo corporis vitio conjunctos dolores excitaverim: tùm qvod infans adhuc, gravi capitis vulnere ſaucius, dies noctesq; tibi haud paucas effecerim ſollicitudinis & mœroris plenas. Hæc fuérunt ſingularis tui & exſuperantis, qvo me proſecuta es, amoris fundamenta; ſed qvæ ad verecundiæ leges me revocant, & deprecatoris partes in-

injungerent, niſi & naturæ ratio atq; conditio, & doli neſcia ætas, ſi qvid hîc peccatum fuit, excuſarent. Abſolvunt me jura univerſa propter ignorantiam non affectatam, qvæ naturaliter ineſt infantibus, qvæq; non admittit, ut crimen aliqvod ab illis commiſſum dici qveat. Et qvî verò te, MATER OPTIMA, qvos amoris tui fomites habuiſti, in odii flammas convertere potuiſſe credam? qvam ego nec duram unqvam, nec difficilem habuiſſe recordor, tantum abeſt, ut infeſtam mihi, aut non benè cupientem fuiſſe exiſtimem. Qvanta verò deinceps animo tuo cura & ſollicitudo acceſſerit, ut creſcente cum ætate corporis compage per honeſtam educationem virtuti & rectæ conſcientiæ legibus adſveſcerem, neve malis moribus parvulos illos igniculos, qvos natura conceſſerat, reſtingverem, non tàm explicare, qvàm cogitare promptum eſt. Obſervaveras innata ingenio non nulla virtutum ſemina, ſed qvæ fovere, & ut adoleſcerent, culturâ efficere perarduum videbatur: non qvòd perverſitas & pervicacia naturæ reſiſteret, cùm ſponte ſeſe exſererent illa, ſed qvod cor-

poris habitus & infirmitas vix tùm ſatis percurato vulnere ſeveriorem diſciplinam pati haud poſſe crederetur. Nec enim tantum ingenii penes me reliqvum eſſe putabatis, PARENTES INTEGERRIMI, ut bonarum literarum diſciplinis atq́; ſtudiis applicari aliqvando poſſem, qvòd potisſima illa corporis pars, qvæ doctrinarum & artium receptaculum atq́; ſedes eſſe dicitur, per violentam iſtam impresſionem, ſi non everſa penitus, diſturbata ſaltem & valdè conqvasſata eſſet. Relinqvebar igitur meæ libertati, & vivere mihi permittebar arbitratu meo. Summa autem cautio atq́; proviſio hæc erat, ne vulnus recrudeſceret aliqvando, qvanqvam neq́; id evitari ſemper potuerit, neve temerè aliqva præberetur cauſa. Tum verò tu, MATER DILECTISSIMA, inter iſtas calamitates domeſticas maximè ſollicita fuiſti, ſic enim audivi â cognatis, cui generi vitæ magis aptus aliqvando futurus eſſem, donec ipſe ſe expromeret naturalis vigor, & ſenſim ſe proderent ingenii dotes qvalescunq́;. Vidiſti dehinc filium tuum in ſcholis ſedentem & primordia literaturæ deguſtantem, proficientem

verò

verò & latinè loqventem, qvod primum eruditionis rudimentum eſt, non audiviſti. Conſumpta enim lethali morbo fuiſti ante, qvàm â me prodire potuit qvicqvam, qvod ætatis ratione habitâ laudem aliqvam meruiſſet.

Dum verò lucis hujus uſurâ frui deſinis, MATER BEATISSIMA, & ad cœleſtes ſedes contendis, vix credi poteſt, qvanta rerum omnium perturbatio non in familiâ tantùm noſtrâ, qvam præcipuè tuus ille diſceſſus attinebat, ſed in ipsâ etiam totâ civitate actutùm fuerit inſecuta. Ecce enim dum funus tibi faciendum curamus, dum juſta ſolvimus, & ſepulchrum tuum cum honeſtâ & piâ vitæ anteactæ memoriâ claudimus, ſubitò nunciatur, præſtò & ad portas eſſe hoſtem extinctorem patriæ, oppidum gravi obſidione vexaturum, & igne potisſimùm atq; flammâ inextingvibili ſæviturum. Fecit ea res, ut rariores eſſent exeqviæ tuæ, ut vel funus comitatu non admodùm freqventi duceretur, civibus omnibus in res ſuas intentis, ſibiq; de ſecuritate, qvantum fieri poterat, proſpicientibus. Inde verò agmine qvaſi facto familiares ædes occuparunt, & diu ibi conſedérunt, angor, luctus,

mœror, ærumna, dolor, ſollicitudo, afflictatio, terror, conturbatio, & qvicqvid deniq; ſub miſeriæ nomine intelligi poteſt. Ac tùm qvidem conſtitit planè noſtro exemplo, nulli rei ita natum eſſe hominem, ut ferundis calamitatibus & ærumnis, ac ſi natura nobis præcipuam legem injuriæ definiviſſet, atq; ex omnibus unos elegiſſet, qvos irruentibus undiqve malis tanqvam ſignum opponeret. Maximis damnis affecta erat res noſtra familiaris, deſtituta ſcilicet jam capite ſuo, qvæ propterea ſuopte nutu ac pondere in perniciem ruebat. Ego diſciplinâ, qvæ tum maximè neceſſaria erat, ſolutus eò ferebar, qvò leviuſculi animi motûs ducebant Graviora verò tùm Reip. inuſta fuérunt vulnera, qvæ dubitare nos fecérunt, utrum dolere nos conveniret, an verò gratulari tibi, MATER BEATISSIMA, de tuo ex oculis noſtris diſceſſu. Cùm enim ea tùm eſſent patriæ tempora, is ſtatus rerùm, ut ingemiſcere oporteret ex Tragœdiâ:

In nos ætas ultima venit:
O nos durâ ſorte creatos.

præclarè agi cum noſtris putabatur, ſi maturè excedere ex iſtis turbis & exci-

dium

dium patriæ, qvod imminere videbatur, antevertere liceret, ut proinde non tàm erepta illis â DEO immortali vita, qvàm qvodam ſingulari munere donata mors eſſe crederetur. Ego cùm omnia, ut Chriſtianum hominem decet, mecum perpendo, etſi deſiderio tui adhuc flagrem, non poſſum tamen non gaudere tecum propter immenſum & infinitum iſtud gaudium, qvo poſt finitam hujus vitæ tragœdiam frueris, qvodq́; non vanum aut temporaneum, ſed in omnem æternitatem duraturum ipſa nunc cum beatis omnibus experiris. Penetraſti ita in altisſimam & ſecurisſimam tranqvillitatem, qvæ nullo armorum furore, nullis improbitatis artibus convelli aut interſtingvi ſaltem poteſt, ſed unâ ac perpetuâ qviete ac inconcuſsâ felicitate floret ac viget. Salve, REGINA COELI, ô BEATISSIMA MATER; ego te, qvandocunq́ve voluerit DEUS & natura, triumphantem triumphans ipſe videbo. Interim verò, qvæ reliqviſti virtutum exempla, nullum tempus exedet, neq́; memoriam tui delebunt unqvam, ſi qvæ futuræ adhuc ſunt, ſeculorum vices.

# RECTOR
# ACADEMIÆ
# LIPSIENSIS

EUripides, vetuſtiſſimus pariter, & graviſſimus Poëta, ſuam illam, qvæ Oreſtes inſcribitur, Tragœdiam exorditur ab his verſibus:

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος,
οὐδὲ πάθος οὐδὲ ξυμφορὰ θεήλατος,
ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.

hoc eſt, Cicerone interprete, 4. Tuſc.

Neq; tàm terribilis ulla fandi oratio eſt,
Neq; Sors, neq; ita cœlitùs invectum
malum,
Qvod non natura humana patiendo
ferat.

Qvos verſus, cùm in theatro aliqvando recitari audiviſſet Socrates, vir humanæ Sapientiæ laude nulli ſecundus, inſiſtere aliqvantulum, qvi pronunciaverat hos verſùs, atq; reſpirare juſſit. Ipſe interim illos

illos profundâ mente ruminans, de calamitatibus & malis infinitis, qvibus exercetur humanum genus, cogitationem attentisſimam inſtituit. Sanè omnium temporum excellentisſimos Philoſophos cogitatio hæc, undenam tot ærumnæ, miſeriæ, calamitates, tùm verò morbi & infirmitates Corporis, ac tandem mors ipſa, linea miſeriarum ultima, ortum primum duxerint, valdè anxios habuit & inqvietos. Neqve verò ex hâc cogitationum abysſo ullâ ratione eluctari potuerunt, qvin potiùs, qvò acriùs intenderunt mentis aciem, hoc eam magis hebetari ſenſerunt, & ceu obſtupeſcere, tantum abeſt, ad fontem hujus mali ut aſcendere, & veram cauſam ingenio ſuo contemplari, & perſpicere potuerint. At nos verbo divinitùs revelato confirmati ac edocti, & in eo cœtu, qvi Chriſto nomen dedit, ac debet, conſtituti, unde moles illa calamitatum, qvibus præſtantisſima & nobilisſima DEI creatura, homo, ſubinde affligitur, initium ſumſerit, & in nos ingruerit, ſcimus, atq; ita ſcimus, ſimul ut de miſeriis aliqvando finiendis, & hac temporali vitâ, cujus terminus ſingulis

 horis

horis imminet, cum altera illa beatiore, atq; ſempiternâ commutandâ vivam conſolationem in mediis afflictionibus perſentiſcamus. Ideoq; cùm triſtes aliqvi casûs ex improviſo accidunt, lugendiqve materiam præbent uberrimam, cùm vi morbi carisſima nobis corcula eripiuntur, cùm id generis malis exercemur aliis compluribus, non proptereà ſtatim animis frangimur & concidimus, ſed reſpicientes ad Conſilium cœleſtis Patris, qvi & capitis noſtri pilos, & lacrymarum ubertim profluentes guttas in numerato habet, totos nos regendos permittimus ejus divinæ voluntati, & ſecundùm mandata illius in ſpe & ſilentio fortitudinem noſtram operamur. Præclarè hoc facere Excellentisſimum & Conſultisſimum Virum Dn. CASPARUM ZIEGLERUM, J. U. Doctorem & Practicum celeberrimum, eundemq; Conſiſtorii Electoralis, qvod hîc eſt Lipſiæ, Advocatum Ordinarium, & non tàm Euripidis alicujus verſibus, aut Socratis exemplo, qvàm Chriſti verbo animum ſuſtentare & ſpiritum recipere, in hac ſuâ cruce domeſticâ, hincq; adeò in cogitatione divinæ voluntatis totum

tum

tum eſſe, cùm in Eccleſiæ gremio conti-
neatur, nullum eſt dubium. Qvô tamen
confirmemus ipſum in hoc pio propoſi-
to, ſimul etiam acerbisſimum dolorem ex
maritæ charisſimæ immaturo obitu con-
tractum, utcunq; leniamus, his eum Sub-
jectionibus, hâc occaſione animare volui-
mus. In qvem etiam finem piè denatæ
curriculum pro more conſveto breviter
exponemus. Neqve enim leve κειμήλιον
amiſit Vir Conſultisſimus, ſed ingens, cun-
ctisq; opibus anteferendum domûs ſuæ
ornamentum, uxorem ſcilicet, omni vir-
tutum Matronalium genere decoratisſi-
mam, ac verè ὀικουρὸν ϗ ἀγαθὴν κουροτρόφον.
Præterqvam enim qvod totam propemo-
dùm rei familiaris adminiſtrationem in ſe
unam tranſtulerit, eamq; ſedulâ dexteri-
tate & dextrâ ſedulitate impigrè ſuſtinue-
rit, qvòd maritus ad Clientum varia & pæ-
nè innumera patrocinia, qvà domi, qvà
foris ſuſcipienda expeditior foret; ſobo-
lem inſuper accuratè fovit, & ad omnem
pietatis honeſtatisqve cultum operis &
conſiliis, unà cum marito in commune
collatis inſtruere & traducere conata eſt.
Natam ſcimus ex privatis qvidem, & ſibi
viven-

viventibus, apprimè tamen honeſtis parentibus, Anno ſupra milleſimum qvingenteſimum octuageſimo nono die XXV. M. Februarii: Patre GEORGIO WALTHERO, qvi Civis atq; pandocheus in hac urbe tùm temporis haud incelebris omni ſuâ vitâ, rectis & honeſtis ſtudiis, priſcæ virtutis ac fidei laudem eximiè ſectabatur. Matre verò ELISABETHA, Civis itidem Lipſienſis, & aurifabri ſolertis BARTHOLOMÆI Steinhardts filiâ moratisſimâ. Ab hiſce progenitoribus in ætate puellari ad pietatis modeſtiæ, caſtitatis & cæterarum huic Sexui convenientium virtutum amorem atq; ſtudium, nec non ad rei demeſticæ curam diligenter asſvefacta, nupſit primùm qvidem anno ſcilicet cIↃIↃcX. Dn. JOHANNI Kirſten/ non minùs laude integritatis conſpicuo, qvàm honorato Civi hujusce urbis: ex qvo etiam Sobolis loco ſuſcepit filiam unicam, MARIAM-ELISABETHAM, cùm morum, tùm formæ rarioris elegantiâ in non parvo æſtimio habitam, & dehinc Viro Clarisſimo, & Excellentisſimo Dn. BENIAMINO SCHüTZIO. J. U. Doctori nunc Erfordiæ viventi, collocatam in matrimo-

trimonium. Orbata hoc priore marito ſuo prædicta ANNA KIRSTENIA, DEI ſingulari providentiâ ad ſecunda vota, exacto viduitatis anno tranſiens, anteà nominato viro Clarisſimo & Conſultisſimo Dn. D. CASPARO ZIEGLERO, Practico Legum inſigni, fidem conjugalem dedit, anno Chriſti cIɔ Iɔc XVII. die VIII. Menſe Julio, datam, ut in primo, ſic in hoc ſecundo matrimonio in ſvavisſimâ animorum harmoniâ, & conjunctione exoptatisſimâ caſtè integreq; præſtitit. Qvod qvidem conjugium ſecundum qvantò diuturniùs per DEI gratiam, tantò etiam fœcundius extitit. Protulit enim tres liberos, FRIDERICUM & CASPARUM, filios, & filiam unicam, ANNAM, qvorum omnium & ſingulorum educationi inpoſterùm qvoq; benedictionem gratiam ſuam tribuat Altisſimus. Ut autem nulli, qvantumvis beati & felices Conjuges, ærumnarum, moleſtiarum & ſollicitudinum, qvibus humana vita ſubinde percellitur, immunes planè ſunt: Sic in horum qvoq; conjugum vitâ novercans fortuna, qvæ feriret, habuit, præſertim à biennio & qvod excurrit. Nihil nunc ver-

verborum faciemus de periculis & terroribus per Tillianum militem illatis: nihil de valetudinis incommodis, aut rei familiaris jacturâ, qvalia ad hujusmodi casûs conſeqvi ſolent: qvid cùm ipſis ambobus, tùm liberis toti familiæ gravius aut damnoſius eſſe potuit fugà illâ longinqvâ, difficili, variâ, cujus neceſſitatem partim contagium ædib9 unde unde illatum, partim hoſtis repetita in has terras, & immanis ac formidoloſa irruptio, eis non dico perſvaſit, ſed penitùs impoſuit? Qvâ in fugâ ipſos, veluti pilam qvandã, aut Trochum verſatilem, hinc inde à Deo circumactos non injuriâ qvis dixerit. Cùm igitur per ſe durum & immite hoc ipſis exilium fuiſſe neceſſe eſt, tùm conceptum hinc dolorem non parùm exaſperavit auxitq; pretioſæ ſupellectilis, totiusq; adeò ſubſtantiæ, domi relictæ, ad pulviſculum usq; compilatio, januis à poſtibus revulſis effractisq;, & comminutis arculis & ciſtis ad unam omnibus, ab harpyarum militarium impuro grege perpetrata neqviter. Malum domeſticum aliud, qvamvis novum ac recens itidem latere patimur nunc, cùm à cœleſti numine paucos poſt

dies

dies in melius verterit. Id verò nemini obſcurum eſſe poteſt, tot malorum ac difficultatum inſultibus ſanitatem fœminæ lectiſſimæ non mediocriter labefactatam & imminutam fuiſſe, præſertim in corpore per ſe tenero, & in valetudinario, ex mali hypochondriaci divexationibus, dolorumq; nephritici & uterini violentiâ. Qvò acceſſit proximis diebus herniæ, inde à novem annis contractæ, exaſperatio graviſſima, nullis ut rationibus ac remediis mors impendens, & à DEO decreta averti potuerit. Ita aliud nil pia matrona cogitavit, aut in animum induxit ſuum, qvàm ut mentem à terrenis ad cœleſtia, ab inferis ad ſuperna convertens, alteri vitæ totam ſe pararet. Qvam etiam à DEO impetravit propitio poſt multiplicia vota, evocata inter pias preces ac ſuſpiria placidè ex hâc ærumnoſâ vitâ, anno ætatis XLIV. & Septimanis XXII. exactis, proximo Die Solis, IV. videlicet Augusti die, circa qvintam veſpertinam, cùm non ita pridem ſalutari viatico Sacratiſſimi Corporis & Sangvinis Chriſti ad beatam domuitionem piè ſe præparaſſet.

Qvo-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0083-7

Qvoniam igitur hodierno die Horâ III. uſitatis funerum Ceremoniis corpus exanime ad Sepulturam efferetur: hortamur omnes noſtros, ut in Bruleto ante aedes Dn. vidui freqventes conveniant, & hoc ipſum funus nobiscum religiosè proſeqvantur. Qvod Officium, uti dignum noſtro Ordine, ſic haud dubiè gratiſſimum ſuperſtiti marito mœſtiſſimo accidet.

P.P. VII. M. Auguſti, Anno Chriſti cIↄ Iↄc XXXIII.

Bericht.

# Bericht.

DJe weiland Erbare und Viel-Ehrentugendſame Fr. Anna Herrn Caſpari Zieglers J.U. Doctoris und fürnehmen Practici eheliche Haußfrau iſt gebohren von Chriſtlichen Eltern bey dieſer Stadt/den 25. Februarii, Anno 1589.

Jhr Vater iſt geweſen/dˀ Ehrenveſte/ und Wohlgeachte Herr Georgius Walter/Bürger und Gaſtwirth alhier; Jhre Mutter/die Erbare / Ehrentugendſame Frau Eliſabeth/ Barthel Steinhards/ Bürgers und Goldſchmiedes Tochter. Von dieſen ihren Eltern iſt die ſelig Verſtorbene zu aller Erbarkeit/ Gottesfurcht/ und Chriſtlichen Tugenden erzogen/ und hat bey ihrer ſeligen Mutter zur Haußhaltung gute information erlanget.

Anno 1610. hat ſie ſich mit dem weiland Ehren-Veſten / Wolgeachten Herren Johann Kürſten/ Bürgern alhier in dem Eheſtand begeben / mit welchem ſie eine eintzige Tochter/ Marien Eliſabeth gezeuget / welche dem Ehren-Veſten/Achtbaren und Hochgelarten Herren Benjamin Schützen / beyder Rechten Doctori, und der Crohn Schwe-

den verordneten Appellation Rathe zu Erfurt/ verehlichet worden.

Als aber ermelter Herr Hanß Kürſten Anno 1616. am Sontage nach Oſtern durch den zeitlichen Todt abgefodert / und die ietzo Verſtorbene in den traurigen Witbenſtandt verſetzet worden/ hat ſie ſich deß andern Jahres hernach den 8. Julii Anno 1617. mit dem Ehrenveſten / Hoch=Achtbaren und Hochgelarten Herren Caſparo Zieglern / beyder Rechten Doctorn und vornehmen Practico alhier/ anderweit verheirathet/ mit deme ſie eine friedliche und freundliche ehe beſeſſen/ und durch GOttes Segen drey Kinder erzeuget/ nemlich Friedericum, ſo ietzo zu Jena/ Caſparum, und eine Tochter Annen/ welche alle noch unmündig.

Ob ſie nun ſchon bey den erſten Jahren/ da der liebe GOtt Frieden im Lande beſcheret/ mit dieſem ihrem Herren/ anderer Ehe/ in gutem und frölichen Zuſtande gelebt/ ſo hat doch die letzte zwey Jahr das liebe Creutz heuffig hernach rücken wollen/ denn als Anno 1631. vor zweyen Jahren die Krieges=Empörung überhand genommen/ und der Tilliſche Einfall in diß unſer Vaterlandt geſchehen/ hat die ſelig Verſtorbene bey der

Flucht/

Flucht / und mit Hinterlaſſung deß Ihrigen / groſſe Furcht empfunden. Als aber vorm Jahre in Auguſto das contagium nicht allein ihre Nachbarſchafft / ſondern auch das Hauß angefallen / hat ſie am 13. Auguſti mit allen den Ihrigen die Stadt verlaſſen / und nacher Groß-Tſchocher ſich ſalviren / und am 23. deſſelben Monats ferner / wegen Ankunfft deß Feindes nacher Pichaw / von dannen weiter den 2. Octobr. nacher Torgaw / und von Torgaw den 11. Octobr. nacher Wittenbergk / und endlich am 18. ejusdem nacher Berlin ſich begeben müſſen / in Hoffnung der Gefahr zuentfliehen. Da ſie denn mit Schrecken erfahren / daß ſie immittelſt am 7. Novembris zu hauſe durch viel in groſſer Anzahl übermeßig einqvartierte Keyſeriſche Soldaten / mit auffſchlagung Thüren / Küſten und Kaſten geplündert / und in unerträglichen Schaden geſetzet worden. Wordurch / wie auch mit zuſammenſtoſſung unterſchiedenen affectuum und Kranckheiten die Leibes Kräffte bey ihr ſehr geſchwechet und abgemattet worden. Inſonderheit aber hat daß malum Hypochondriacum, oder Miltzkranckheit / wie auch der Lendenſtein / der affectus uteri, und andere mehr Zufälle überhand nehmen wollen / alſo daß die ſelig

Verſtorbene ihr den Schluß zum ſeligen Abſchiede ſchon längſt gemachet hat. Und als ſie vor etlichen Jahren in ihren Kindbette eine ruptur befunden/ und ſich ſo lange damit getragen/ hat endlich am verſchienenẽ Freytage/ den 2. Auguſti, diß malum ſich wiederum̃ ſtarck mercken laſſen / und den natürlichen Durchgang dˀ Speiſe in den viſceribus gantz und gar verhindert/ darvon die böſe Feuchtigkeiten herauff/ und zum Hertzen getreten/ und weil die Kräffte des Leibes durch vorige Schrecken / und ſo viel ausgeſtandene harte Kranckheiten/ allzuſehr geſchwechet geweſen/ als hat ſie es ferner nicht ausſtehen können. Jnmittelſt hat ſie ſich zum ſeligen Abſchiede fertig gehalten / und am verſchienenẽ Sontage zur Seelen-Speiſe das hochwürdige Abendmahl mit hertzlicher Andacht genommen. Darauf die hernach folgenden Schmertzen mit groſſer Gedult ausgeſtanden. Und wiewohl es an nothwendigen Artzneien/ und groſſen Fleiſſe der Herren Medicorum nicht gemangelt / ſo hats doch nichts fruchten wollen / ſondern der liebe GOtt hat ſie mitten unter den Gebet der anweſenden verſchienenen Sontag den 4. Auguſti, zwiſchen 4. und 5. Uhr nach Mittage frölich entbunden/

bunden/

bunden/ den abgematteten Leib von allen fer-
neren Schmertzen befreyet/ uñ die Verſtorbe-
ne der Seelen nach zu ſich in daß him̃liſche
Paradeiß abgefordert/ ihres alters im 44.
Jahr/22. Wochen/4. Tage.

Ihren Leib haben wir nu in ihr Schlaff-
kämmerlein beygeſetzt/ auf gewiſſe Hoffnung
der zukünfftigen frölichen Auferſtehung zu
den ewigen Leben / welche ihr und uns allen
neben einem ſeligen Ende mit Gnaden verlei-
hen wolle der him̃liſche Vater/ der der rechte
Vater iſt über alles / was Kinder heiſſet im
Himmel und auf Erden/ der tröſte den hin-
terlaſſenen betrübten H. Witber und Wäiß-
lein/ und verſorge ſie gnädiglich/ regiere uns
alle durch den Geiſt der Kindſchafft/ daß wir
in Glauben an Chriſtum/den Sohn GOt-
tes/ unſer Chriſtenthumb ſeliglich führen und
vollführen/und des Glaubens Ende d' See-
len-Seligkeit darvon bringen/ durch JEſum
CHriſtum unſern HErren / welchem ſambt
dem Vater und H. Geiſt ſey Ehre und
Danck geſagt ietzt und zu ewigen
Zeiten / Amen.

D. O. M. S.

ANNÆ ZIEGLERIÆ,
MATRONÆ SANCTISSIMÆ,
INTEGRITATE VITÆ,
GRAVITATE MORUM
ET CONSTANTIA ANIMI,
TUM ET EDUCATIONE LIBERORUM,
ATQVE DISCIPLINA
ITEMQVE PRUDENTIA ADMINISTRANDÆ DOMUS
EXIMIÆ,
POST SUPERATAS
QVÆ PUBLICAM ET PRIVATAM
REM
MISERE AFFLIXERUNT,
CALAMITATES VARIAS,
AD COELESTIA REGNA EVOCATÆ
MATRI DULCISSIMÆ,
VIX. ANN. XLIV. CUM. DIMID.

CASPAR ZIEGLERUS,
FILIUS
P.

VALE MORS, SALVE VITA
ÆTERNA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0090-9

# MARITALIS CATHARINÆ BOSIÆ, UXORIS DESIDERATISSIMÆ MEMORIA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0091-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0092-1

CUm alii alias JCtorum ὑπογραφὰς atqve τύπους percellant , atqve ex ſuperſtitioſis Philoſophorum legibus rationibusqve pesſimè proſcindant , qvas tamen natura & conditio rerum non usqveqvaqve admittit, ego de illis plerisqve omnibus ſecurus unicam nuptiarum definitionem non ſatis conſideratè conceptam,magno meo malo nunc ſum expertus. Nihil ego veritus ante hac Papiam Poppæam , neqve Cenſorum metuens ſeveritatem , alienior eſſe cœperam ab ordine marito , resqve meas ita compoſueram , ut convaſato peculio mutare locum ad qvodcunqve fortunæ ludibrium liceret. Nec defugere tamen inter qvotidianas operas potui , qvin de connubiis ſubinde aliqva intercederent non minùs feſtiva, qvàm ad animum permanantia & implicata qvandoqve argumenta. Iis verò evolvendis dum attentum eſſe oportebat , veniebant mihi in mentem &

uggerebantur haud rarò tùm Poëtarum, tùm Rhetorum concinnæ atqve argutæ ſententiæ, qvibus ſeqvioris ſexûs blanditias atqve inevitabilem amoris vim, tùm & conjugalis fidei ſanctitatem, inqve rebus adverſis pleniſſimam ſocietatis conjugalis ſinceritatem deſcribunt. Memineram, etiam eos, qvibus parùm commendati fuerunt amores, dum perſtringere illos intendunt, abſtinere non potuiſſe ab ejuſmodi verbis, qvæ vituperia, animo concepta, ſingulari metamorphoſi in laudes eodem ſpiritu convertunt. Morbum vocant amorem ſed ſalubrem, compedes, ſed gratas, flammam ſed mollem, ignem ſed lentum & refocillantem, calorem ſed blandum, ſervitutem ſed amabilem, dolorem ſed delectabilem, vulnus ſed ſvave, ſupplicium ſed jucundum. Neqve exciderat, qvod apud Euripidem aliqvando legeram:

Γυνὴ γὰρ ἐν κακοῖσι καὶ νόσοις πόσει
Ἥδιστόν ἐστι, δώματ' ἢν οἰκῆ καλῶς.
Ὀργήν τε πραΰνουσα, καὶ δυσθυμίας
Ψυχὴν μεθιστᾶσ'· ἡδὺ καὶ ἀπάται φίλων.

Ab JCtis verò meis didiceram, non unam cœlibatui conſtitutam eſſe pœnam,

nuptias

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0094-3

nuptias verò tantum in ſe majeſtatis habere, ut humano generi qvâdam veluti arte conqviſitam immortalitatem inducere videantur. At n. hæc omnibus una innata qvaſi eſt cupiditas, ut immortalem ſe eſſe qvisqve exoptet, & maximis laboribus atqve periculis non ad ſummam tantùm laudem & gloriam, ſed & ipſam etiam æternitatem contendat, cujus conſeqvendæ multò ſanè facilior hactenùs per nuptias oſtendebatur via. Perſvaderi me patiebar, nuptias eſſe Viri & mulieris conjunctionem, qvæ individuam vitæ conſvetudinem contineret. Credebam, in tali conjunctione comprehendi conſortium omnis vitæ, & ineſſe communicationem tàm divini, qvàm humani juris. Sic enim ſoliti fuerunt veteres JCti tacito omni malo omine, & ſuppreſſo, ſi qvid amari metuendum fuerit, matrimonium, ut cujusqve voto & intentioni blandirentur, deſcribere. Longiùs excurrunt commentariorum concinnatores, qvi infinitis encomiis onerant magis Uxores, qvàm collaudant, faciuntqve, ut cum tota Jurisprudentia ad uſum ducenda ſit, non aliud citiùs

exer-

exerceri ſoleat argumentum, qvàm qvod de nuptiis proditum extat. Fateor ego, tot verborum aucupiis irretitum me fuiſſe tandem, ut ipſe qvoqve nimiùm credulus individuam iſtam vitæ conſvetudinem decernerem inire aliqvando, & qvæ immortalitatis in eâ eſſent rudimenta, experiri. Et ſic me tibi, CATHARINA MEA, addixi totum, non repentino aliqvo conſilii impetu, ſed diu multumq́ve agitatâ re atqve expensâ. Tum verò uno ore omnes omnia bona dicere & laudare fortunas noſtras, qvi tali jungeremur matrimonio. Erant, qvi ſponſæ bona verba dicebant, & adclamabant, qvod Ulyſſes Nauſicaæ, Alcinoi filiæ, adprecabatur.

Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς,
Ἄνδρά τε καὶ οἶκον, καὶ ὁμοφροσύνην ὀπάσειαν
Ἐσθλήν. Οὐ μὲν γὰρ τοῦγε κρεῖσσον καὶ ἄρειον
Ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον
Ἀνὴρ ἠδὲ γυνή. Πόλλ' ἄλγεα δυσμενέεσσι,
Χάρματα δ' εὐμενέτῃσι. μάλιστα δέ τ' ἔκλυον αὐτοί.

Erant,

Erant, qvi ſcripto & voce ſua teſtabantur gaudia, nosqve ter & ampliùs felices dicebant, etiam qvi non benè cupiebant, qvòd copula nos teneret irrupta, qvodqve nec malis qverimoniis noſter divelleretur amor. Qvæ omnia ego in omen magnæ felicitatis accipiebam. Nec verò infeliciter ceſſerat mihi hoc negotium. Ex animi ſententiâ Uxorem habebam, & videbar mihi in cœlis eſſe, atqve lux qvædam oblata non domeſticæ modò rei, ſed vitæ ipſi, qvam antea multo ſæpè cum ſupercilio & animo valdè ſuſpenſo trahebam. Accedebat conglutinata animorum conjunctio, qvâ fortunæ inſultûs omnes conſtantiſſimè ſuperare nos poſſe credebamus. Ego amabam illam, & illa me contra, qvi eſt amor, ut inqvit Comicus, cultu optimus. Cajus ego illi, illa mihi Caja. Ego laboribus qvotidianis fractus, ad conjugem tanqvam ad reqviem forenſium exercitationum, omni curâ depoſitâ me recipiebam: illa verò laudandâ diligentiæ æmulatione & labore matronali res meas majores & meliores reddere ſubinde ſtudebat. Certabatur utrinqve amore & fide, & ego fortu-

nam ipſam anteibam fortunis meis, qvas ego omnes in univerſum unicâ hâc conjunctione comprehendiſſe videbar. Qvod ſi vel maximè nullo omninò ornamento vel ſubſidio auctior per hoc matrimonium factus fuiſſem, ſatis habebam, nihil me conqveri ampliùs, atqve id in lucris ponere potuiſſe, qvòd nulla me afficeret rei domeſticæ cura. Sed erant omninò alia multa, qvæ noſtrum vitæ conſortium perpetuâ felicitate cohoneſtabant. Nec enim futiles & vani noſtri erant amores, ſed ſolido fundamento ex animorum conjunctione excitato innitebantur. Amabam ego maximè gravitatem morum, altitudinem animi, actionum honeſtatem, rei familiaris peritiam, vitæ integritatem, ſermonem modeſtum, & inſignem in converſatione candorem, tùm & judicium, recto pectore promanans. Illa viciſſim in me, qvòd amaret, habebat; qvanqvam mihi, qvod amari poſſet, ſanè qvàm mediocre contigit, ne dicam exiguum, ut cætera pleraqve, qvæ veniunt nomine bonorum. Matrimonium noſtrum plenum erat dignitatis, plenum concordiæ, una utriqve

erat mens, unus animus: idem, qvi conglutinaverat conjugium, conſenſus ſuſtinebat illud conſtantisſimè, & novo qvotidiè pabulo reſuſcitabat. Ad obſeqvium voluptatis tantùm qvi ſe habent conjuges, nunqvam eâ felicitate fruentur, qvâ nos gaviſos fuiſſe gloriamur. Solidus ſcilicet amor, â virtute profectus, tàm finem neſcit, qvàm virtus ipſa; qvippe qvæ amatorem ſuum ita ad ſe pellicit, ut nulla incantatio poſſit efficaciùs, ita retinet, ut nec ferreæ compedes qveant arctiùs. In aſpero ac difficili temporum articulo deſpondere animos, religio nobis erat, & qvia pariter remum ducebamus, pariterqve pendebamus â promisſis ejus, qvi res deploratas in ſtatum tranqvillum reponere ſolet, facilè ſuperari poterat omnis, qvæ everſura felicitatem noſtram putabatur, tempeſtas, omnis malorum qvantorumcunqve procella. In florente hoc rerum noſtrarum ſtatu nulla nobis erat præteriti temporis memoria, neqve anxia de futuro cura. Neqve enim ad computationem annorum noſtram hanc vitæ conſvetudinem revocabamus; ſed tùm futura, tùm præterita

cum

cum præſentibus confundere tàm promptum nobis erat, ac ſi qvandam æternitatis teſſeram ex beatorum ſede acceptam habuiſſemus. Et hactenùs qvidem gratulabar mihi multumqve complacebam de tali vitæ genere & de obſeqvio â me tot præclarè dictis, totqve tùm JCtorum, tùm aliorum monitis præſtito, perſvaſusqve jam totus eram, ſocietatem hanc individuam futuram, nec divelli ullâ ratione poſſe, cùm ecce ſubitò mihi ex oculis eripitur fidisſima mea, ſvavisſima, optima ac optatisſima CATHARINA. Uſqve adeò celeri DEUS, qvod Poëta ait, turbine citat verſatqve res noſtras, & in ipſis floribus immittit aliqvid, qvod cruciet & angat, imò qvod rem ipſam cum omni causâ auferat. Digna erat illa, qvæ non longæva tantùm, ſed omninò immortalis extitiſſet, niſi hæc eſſet fortunæ invidia, ut ſi qvid proſtet in rebus humanis eximium, id præter omnem expectationem tollat è medio. Et ego qvidem nunc, dum æternitatem cogito, præterita æqvè ac futura parùm attendens, in edacitatem temporis ſubitò conjicior, & qvàm omninò perpetuum

nihil

nihil, nihil ſtabile aut diuturnum exiſtat, in ipſis meis viſceribus nunc experior. Singulis momentis accreſcit aliqvid, qvod amaritudinem in infinitum producit, & prolixiſſimas minatur ærumnas. Tanta ſcil. eſt, & tâm pertinax fatorum invidia: Si qvid obtigit bonæ felicitatis, mox eripiunt. Si qvid incidit mali, hæret tenaciſſimè, nec excuti poteſt, nec avelli. Nunc ſentio demùm, poſtqvam tempori reſtitutus ſum, qvâm improbè mecum egerit Juſtinianus, dum Theodoræ ſuæ amore cœcus individuam vitæ conſvetudinem nuptiis conſtituit, dum per matrimonium qvâdam veluti arte conqviri immortalitatem commentus eſt. Qvanta enim, proh dolor! penes me nunc eſt rerum omnium mutatio! qvanta mortalitatis & corruptionis documenta! qvanta conſvetudinis vitam inter & mortem diviſio! Mala omnia, velut æſtuario qvodam fluxu refluxuqve, decedere atqve accedere animadverto. Nihil eſt, qvod delectet ampliùs, nec libri qvidem, qvorum tanta mihi ſemper fuit cura. Domus ipſa nutare, convulſaqve ſedibus ſuis ruitura videtur, & ego inter



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0101-7

lugubres lamentationes atqve fletûs totus contabeſco. Adeò enim per hanc calamitatem collapſus eſt animus, ut erigi nullâ adhuc ratione qveat, & verendum ſit, ne ipſo etiam tempore, qvod acerbisſimis cæteroqvin doloribus ſolet mederi, vulnus hoc magis ac magis incrudeſcat. Qvid enimverò nunc juvat felicitate, velut perpetuâ ebrietate, ſopiri, ſi raptim mutatione in contrarium factâ, integra malorum ilias circumſtet, & ex felicisſimo miſerrimum efficiat? Amiſi non modo ſuccum & ſangvinem, ſed etiam colorem & ſpeciem rei familiaris, & ipſius vitæ meæ: Dumqve immenſam hanc cladem, qvæ rebus meis unico hoc momento illata eſt, mecum reputo & priſtinam illam felicitatem unà ad calculos revoco, minima mihi nunc videtur ratio eorum, qvæ hactenus ex animi ſententiâ evenerunt. An verò credam ego nunc tantas in conjugio voluptates, cui nil niſi lacrymæ ubertim manantes, nil niſi planctûs & ſingultûs, nil niſi ex imo pectore compreſſi gemitûs ſuperſunt? Dum recordationes fugio, agmen illæ faciunt, & uno impetu mentem oppugnant,

gnant, qvibus reſiſtere æqvè difficile eſt, atqve invalido præſidio excipere tela, in modum grandinis atqve nimborum, â circumfuſo undiqve exercitu emiſſa. Aliò cogitandi vim dum deflecto, ut tempus aliqvod ab his tormentis vacuum habeam; ſic enim putant humanarum rerum examinatores, per negotia & gravioris operis labores frangi ægritudinis nervum poſſe, nihilo remiſſiorem ego ſentio animi affectum, & occurſantes ideas, etiam dum maximè occupatꝰ ſum, defugere nullo modo poſſum. Vigil ego magnam partem noctium in imagine tuâ, SVAVISSIMA MEA CATHARINA, conſumo, & interdiu perpetua mihi tecum res eſt, ſed admodùm luctuoſa & ærumnarum plena. Æſtima tu ipſa, qvæ hæc vita mea ſit, cui nil aliud in ore & corde eſt, niſi ut perpetuò inclamem: O CATHARINA, ô DULCIS CATHARINA!

RECTOR

ACADEMIÆ WITTENBERGENSIS

# MICHAEL VVALTHERUS,

AURICA-FRISIUS, MATHEMATUM SUPER. PROFESSOR PUBL. ET ALUMNORUM ELECTOR. EPHORUS,

*CIVIBUS ACADEMICIS S.P.D.*

CUm Pulcheria, ſanctiſſimi moris femina, digna adeò, qvæ qvàm longiſſimum vivendi ſpatium conficeret, nec opinanti marito ſuo eriperetur, totâ urbe, velut in communi, luctu comploratũ fuit. Alii matronæ benignitatem erga pauperes, qvâ nulli concedebat; alii ſummas in moderandâ familiæ re dotes, qvibus à vulgo ſe disjunxerat; omnes ſanè incomparabilem pietatem, undè nemo non exemplum peteret, jure deſiderabant.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0104-4

Cum his pariter erant, qvi viduo, Principi ſpectatæ probitatis, & qvoad conſtantia incorruptæqve virtutes in honore ſunt, cum optimis veterum comparando, vehementer ingemiſcerent, qvippè qvi unam commoditatis vitæ ſuæ ſpem, atqve omne ſolicitudinis levamentum perdidiſſet. Non eſt, cur aliter in funere Nobilisſimæ feminæ, CATHARINÆ ZIEGLERIÆ, qveramur, in qvâ matronam amiſimus, omnes laudes uxorias vel complexam, vel ſupergreſſam, Pulcheriæ verò in tantùm æqvandam, in qvantum asſeqvi poſſumus ſummam indolem, rectisſimumqve de DEO ſenſum, & illibatam, ac numeris omnibus partibusqve abſolutam virtutem. Qvæ jactura eò gravior nobis accidit atqve moleſtior, qvia cum ſummi VIRI, DN. CASPARIS ZIEGLERI, Ordinis atqve Senatûs Juridici principis, & potentisſimi ELECTORIS SAXONIÆ Conſiliarii, famâ, uſu, meritis in patriam æqvè, ac noſtratem Academiam, maximi, & multis limatisſimi ingenii monumentis celeberrimi, cui ornando neqve hic locus, neqve noſtra facultas ſufficit, eſt conjuncta. Qvo fit, ut per-

indè ipſi in præſens, ac Romani Marciano viduo olim, illacrymari neceſſe habeamus, propterea qvòd carendo ſvaviſſimâ conſvetudine, jam ſentit primùm atq; dolet ſolitudinem ſuam, & ubi gaudiis ſuis antehac frui liberè atqve explicato animo poterat, indè nunc mœror ipſi luctûsqve affatim oſtenduntur. Nam cùm unâ mente animoqve colerent inter ſe utrinqve conjuges, ac diligerent, tùm nunqvã à ſe ipſi diſſidebant ſecumqve diſcordabant, ſed paribꝰ ſemper officiis honorem, & raro exemplo concordiam tuebantur: Sic, ut qvæcunq; etiam ſe dediſſet fortuna, præparati eam expectarent, fortiùs laturi ictum, contrà qvem tempeſtivâ cogitatione ſe muniviſſent. Et jam functa ſuis partibus matrona magnificè prædicanda CATHARINA eſt, & curſum ita tenuit, ut rectè pergeret viam, & aſſiduè tenderet ad res optimas, & eodem gradu conſtanter incederet, hisq; initiis progreſſa non priùs conſiſteret, qvàm omne id, qvod reſtabat, ſpatium ipſa ſibi ſimilis & glorioſè confeciſſet. Contra, qvàm multorum conſvetudo eſt, qvi, nondum adepti metam, impingunt facilè & hærent,

qvos

qvos ſive ejus curriculi moleſtia remoratur, ſive repentinus caſus abſterret protinus ac mutat. Noſtra & ſentire meliùs, & ſtare firmiter ſolita, retinuit priſtinum & ſibi conſentientem animum, ut pietatem in lucro poneret, & virtutibus ſuis tranqvillè perfrueretur. Nata eſt, Anno M. IↃc XV. die XV. Decembris, Lipſiæ, urbe inter Germanicas facilè elegantisſimâ, & literis commerciisq; florenti, ac ad excitandas optimas mentes inſigni, & fato qvodam electa, parentibus luculenti generis, ſpectatæ dignitatis, qvi ſacris fontibus intinctam omni operâ ſtudioq; ab ineunte ætate ad omnes virtutes erudiendam egregiè atq; ſingulariter curaverunt. Patrem habuit amplisſimum, prudentisſimumqve DN. CASPARUM BOSIUM, Lipſiæ ædilem Seniorem ac Senatorem, virum & ob gravitatē muneris, & accuratas vitæ rationes cumprimis laudandum. Mater ei fuit CATHARINA, vidua DN. CHRISTIANI BIBERII, Viri & laude, & omnib9 fortunæ bonis cumulatisſimi, femina naſcendi ſorte pariter, ac ætate moribus qvenobilisſima, atq; orta ex eâ ſtirpe, cuj9

 & ma-

& magnum in his regionib9 nomen, ſummaq; ornamenta extant. Eqvidem CATHARINA, qvæ pòſt in familiam ſangvinemqve BOSIANUM coaluit, ſortita eſt patrem DN. EUSEBIUM SCHREINERIUM, magnâ exiſtimatione famâqve Virum, matrem CATHARINAM, DN. ANDREÆ MARDERSTECKII, ſummâ dignatione negotiatoris filiam, & jam dudum in æternas beatasq; ſedes receptam, ZIEGLERIÆ noſtræ aviam, matronam omnibus laudibus ornatisſimam, qvæ ex CONSTANTIA, feminâ exqviſitisſimæ virtutis, eâq; filiâ ſummi atqve Nobilisſimi Viri DN. SIMONIS PISTORII, Jureconſulti, & qvondam *Ordinarii* Lipſienſis, tantam famam adepti, qvantam nulla temporum oblivio delere poteſt, & ob eximia merita in altisſimum reipublicæ gradum, qvem CANCELLARII nominant, provecti, ac multis inſuper à Potentisſimo Saxoniæ Electore beneficiis clientelisq; aucti, procreata, huic generi non decus modò, ſed lumen certè maximum attulit, memoriamq; ejus ſempiternam effecit, ut qvô locô numeroqve apud Romanos Gracchi olim erant & Fabii, eo

nunc

nunc apud nos Boſiæ neceſſitudines habeantur, & paribus incrementis floreant atq; illuſtrentur. Habent adeò proprium id magnæ ſtirpes, ut propagent laudem ad poſteros, qvam non extinxit ZIEGLERIA, ſed auxit magis ac omni ſtudio amplificavit. Matre orbata, curæ imprimis fuit ſorori natu maximæ FRISIÆ, qvæ monitis exemplisqve honeſtisſimis eam adjuvit impensè atqve confirmavit. Indè adultior facta, ultrò obiit munus ſuum, & in omnibus adminiſtrandæ familiæ partibus verſata egregiè fuit. Femina perſpicax ac damni provida, & iis præcipuè artibus rationibusqve inſtructa, qvæ in regendâ domo valent. Qvamobrem poſt exercitationes ſacras, undè veram animi medicinam petebat, in tuendâ ornandâqve re familiari omnem operam poſuit, & ſexui ſuo ſine iis præſidiis alioqvin infirmo, ac per ætatis lubricum erranti, magnum pietatis prudentiæqve exemplum prodidit. Imitata matronas ſummô loco natas, qvæ traditum patrimonium non modò non diſſipari, ſed ne qvidem imminui patiuntur. Hinc ubi uſu ætateq; profecit, Vir ſummè Reverendus, Magni-

ficus, & meritorum in Eccleſiam, Academiamqve hanc multò plurimorum gloriâ celeberrimus DN. D. WILHELMUS LEISERUS eam ex longinqvo ſibi commendatam pro eo, ac merebatur matrona, in oculis tulit, atq; anno M.IↃC XXXIV. III. Febr. ritè domum duxit. Qvod connubium neutri inglorium, & Sereniſſimæ Principis HEDWIGIS, Divi CHRISTIANI II. Conjugis, utriq; familiæ, dum in vivis eſſet, optimè clementiſſimeqve cupientis auctoritate conciliatum ac ſolenniter perfectum fuit. Ita verò & neceſſitudinis KRANACHIÆ, qvæ diu hîc omnis gloriæ ſeminarium fuit, & novæ dignitatis felix initium habuit, & conſiliis ELISABETHÆ KRANACHIÆ provinciam matrisfamiliâs ſuſcepit, atq; talem diligentiam adhibuit, ut rerum ſuarum ſatagens, ab otio ineptiisqve vulgi qvàm longiſſimè diſtaret. Tum verò maritum novem liberis auxit, ex qvibus ſuperant Vir plurimùm Reverendus Ampliſſimusqve DN. POLYCARPUS, Eccleſiæ Kembergenſis Sacerdos, ejusdemqve diœceſeos antiſtes venerandus, SOPHIA ELISABETHA, Viro maximè Reverendo DN.

JA-

JACOBO TENTZELIO, Doctori Theologo celeberrimo, Arnſtadii ſacrorum præfecturâ curisqve eccleſiaſticis præclariſſimè merito, ejusdemqve Comitatûs in Conſilio ſacro Senatori, in matrimonium tradita, femina animo ac ſexus ſui ornamentis nobiliſſima, DN. JOHANNES WILHELMUS, negotiator Naumburgi florentiſſimus, & deniqve Nobiliſſimus atqve clariſſimus DN. GOTTEFRIDUS CHRISTIANUS, J.U. Candidatus, qvi Italiâ, Galliâ, Angliâ, Belgioqve perluſtratis, eximiâ cùm laude reverſus, magnô gaudiô defunctam affecit: reliqvi multo ante de vitâ migrarunt, CASPAR, FRIDERICUS, extincti infantes ſunt, ANNA MARIA, nobiliſſimo, ampliſſimoqve Viro, DN. PAULO CONRADO PICHTHELIO, illuſtriſſimo Comiti Erbacenſi à Conſiliis & curatione aulæ, atqve hoc tempore Dynaſtiæ Creyenſteinenſi impoſito, nupta, opinione citiùs marito ſuo luctum attulit atqve orbitatem. CHRISTIANUS FRIDERICUS & CATHARINA qvoqve erepti, dudum meliori cœlitum conſvetudine

fruun-

fruuntur. Jam qvindecim annis hoc matrimonium mentes voluntatesqve Nobiliſſimorum conjugum devinxerat, qvùm ex inſperato caſus turbavit gaudium, & anno M. Iↄc XLIX. die IIX. Febr. ſummam matronam velut de præſidiis omnibus dejecit. Temporibus enim difficillimis, qvibus ad maritum, tanqvam ad portum confugere, ejusqve in conſiliis ſermonibusqve conqvieſcere poterat, mox viduæ haud expectatum laborisqve plenum onus ſuſtinuit, & educandis liberis incomparabilem aſſecuta laudem, neqve ſumtibus pepercit unqvam, neqve curas omiſit, Corneliam Gracchorum æmulata, qvæ non qvot nummos, ſed qvos liberos haberet, cogitabat, eosqve adeò aſſiduè ad cultum animi fingebat. Eô propoſitô firmam, & virtute qvaſi ſcuto inixam, DEUS benignè reſpexit, & bona fortunasqve auxit. Qvapropter Vir illuſtribus meritis ſummus, DN. CASPARUS ZIEGLERUS, verè alter noſtratis Saxoniæ Papinianus, ad eam connubio jungendam adductus fuit. Qvi anno M. Iↄc LXIII. die XVII. Febr. peractis nuptiarum ſolen-

nibus,

nibus, concors & vitæ morumqve ſimilitudine ſvaviſſimum cum ea connubium exegit, & prudentiâ ejus atqve diligentiâ ſingulari ab omnibus curis domeſticis expeditus, ſummam animi voluptatem lætitiamq; cepit, nunc luctu prope oppreſsus, qvùm fructu ſanctiſſimæ conſvetudinis caret. Sive enim pietatem, ſive ſtudium rei familiaris, ſive curas alias honeſtiſſimas cogitet, jacturam certè ſuam agnoſcit, & CATHARINÆ ſuæ fidem prudentiamqve poſcit, affirmans multum & de valetudine, & priſtinâ jucunditate, qvâ ſummos moleſtiſſimosqve labores condire ſolebat, nunc detractum eſſe. Nam cùm ea Mariti commodis enixiſſimè ſtuderet, tùm qvoqve poſteritati, cujus bono operatur qvotidiè ſummus vir, & commentatur aliqvid ac limat, ſerviiſſe videri debet. Femina, ut ſummatim dicamus, ſine exemplo, & ſi taciturnitatem ſpectes, Liviæ; ſi curam, Gracchorum matri, ſi pietatem Placillæ par, ſi demùm benignitatem in pauperes; his omnibus etiam anteferenda, nunc poſtqvam domicilium commutavit, non

mor-

mortua, qvippè qvam virtus etiam præſtat immortalem, ſed cœlo ſtirpiqve ſuæ repetita. Qvæ ſciebat in caduco corpore eſſe peregrinandum ſibi, & mente adeò rationeqve ſuâ qvâm rectiſſimè utebatur, & contra vitæ hujus tempeſtates patientiæ gloriâ ſe firmabat. Conſtans, ſi fortunam ſecundam DEUS adversâ temperaſſet; provida, cùm ſuorum mores effingeret; circumſpecta, cum de alienâ utilitate judicaret; ſapientiſſima demùm monitrix materqve omnium, qvi vel ædes ejus incolerent, vel convictu fruerentur, qvorum non cohortes modò, ſed integras ferè colonias ex ſanctiſſimâ & KRANACHIIS LEISERIANISQVE neceſſitudinibus auſpicatiſſimâ domo ſuâ in Europam cultiorem emiſit, qvi nec mediocrem laudem conſecuti, poſteà & ampliſſimis in Eccleſiâ, reqve publicâ muneribus ornati, ZIEGLERIÆ noſtræ cineribus ſolvere officium geſtiunt. Valetudine adversâ & dolore colico catharrisqve gravibus ſæpè ac periculoſis tentata eſt, præcipuè ſuperiori anno, qvô lecto affixa, ſenſit ſe infirmari admodùm, ac pri-

ſtino

ſtino vigore privari. Nempè vires egerat malum, ut planè evelli non poſſet, & poſtqvam à morbo utcunqve convaluerat, viribus tamen diffideret, & ſe ad meliorem vitam, vigente animi induſtriâ, compararet. Qvo factum eſt, ut XVI. Junii vertentis hujus anni graviter iterùm decumberet, & cùm ingraveſcens morbus ſpem remediaqve exqviſitisſima Viri Nobilisſimi atqve Experientisſimi DN. MICHAELIS SENNERTI, D. & P. P. longè celeberrimi meritisſimiqve fruſtraretur, vocatus in partes venerandus DN. M. AUGUSTUS FLEISCHHAUERUS, inter Sacerdotes oppidanos præcipuus, eſt, qvi totô animô in DEI cogitatione cultuqve defixam reperit ſemper atqve confirmavit, & epulô ſacrô recreatam cœlo, in qvod tenderet, præparavit. Ita evenit, ut XXIIX. die Junii à DEO evocata, tranqvillè de ſtatione mortali decederet, & ſuis deſiderium, cæteris vitæ egregiè laudabiliterqve actæ memoriam relinqveret. De vobis, CIVES, pollicemur nobis, & ſummo Viro DN. ZIEGLERO, viduo mœrenti, hunc

cul-

cultium, qvem ejus aſſiduæ curæ meritaqve, omnium prædicatione maxima, flagirent, atqve adeò omnes vos & ſingulos graviter monemus ac ſeriò, uti illi, jacturã incomparabilis uxoris acerbè ferenti, genus officii ſanctiſſimum freqventes exhibeatis, & præſentiâ hac veſtrâ comitatuqve à luctu doloreqve allevetis, cogitantes, qvantum in eô Viro Academiæ reiqve publicæ ſit ſitum. Funus ab horâ I. ex ædibus ZIEGLERIANIS, concione funebri cohoneſtandum, ſolenniter in templum oppidanum efferetur.

P.P. Sub Sigillo Acad. V. Jul.
Anno recuperatæ Salutis
MDCLXXVI.

1676

Lebens-

# Lebens-Lauff
## der in GOtt ruhenden
## Hoch-Ehr und viel Tugendreichen
## Frauen
# Catharinæ Zieglerin/
## gebohrner Boſin / ꝛc.

WAs nun unſer wohl-ſeeligen/und in Gott ruhenden Frau Appellation - Räthin und Ordinariußin Geburth / Chriſtlich-geführten Wandel/und ſanfften Abſchied belanget / iſt davon zu melden / daß dieſelbe von wohlbekanten und belobten Eltern gezeuget / und den 15. Decembr. 1615. an dieſes Licht gebohren worden. Ihr Herr Vater war der weyland Wohl-Ehrenveſte / Groß-Achtbahre und Hochweiſe Herr Caſpar Boſe/des Raths/und wohl-

verdienter Bau-Meiſter / wie auch weitberühmter Handelsmann in Leipzig; Die Frau Mutter die Edle / Wohl-Erbare / Viel-Ehr und Tugendreiche Fr. Catharina / gebohrne Schreinerinn / welche vorher an Herrn Chriſtian Bibern / dem åltern / verehlichet geweſen. Der Herr Großvater Mütterlicher Linie iſt geweſen Herr Euſebius Schreiner / und die Frau Großmutter Frau Catharina / gebohrne Marderſteckin; Der Herr Aelter-Vater / Herr Andreas Marderſteck / und die Frau Aelter-Mutter / Frau Conſtantia / des Hochberühmten JCti und Ordinarii in Leipzig / auch Churfürſtl. Durchl. zu Sachſen hochverdienten Cantzlers / Herrn Simon Piſtoris, Eheleibliche Tochter. Nachdem ſie nun in der Seel. Wiedergeburth von Ihren Sünden gewaſchen / und zum Geiſtl. Leben erneuert / den Nahmen Catharina empfangen / hat ſie bald im fünfften Jahre Ihre Hertzgeliebte Frau Mutter verlohren / und ob ſie zwar ſolcher Geſtalt der Mütterlichen Erziehung und Auffſicht beraubet worden / hat ſie doch nach Ihrer eingepflantzten und beywohnenden guten Natur ſich ſelbſt aller Zucht / und was zu einem ſittſamen und

Tu-

Tugendhafften Leben gehöret / auch anderer Jungfräulichen Arbeit / nechſt dem lieben Gebeth / wahrer Gottesfurcht / und fleißiger Betrachtung Göttl. Wortes / welches alles Sie von Jugend ſehr geliebet / dermaſſen angenommen / daß Sie nicht allein von Ihren Geſchwiſter lieb und werth gehalten / ſondern auch von jedermann billich geliebet und höchlich gerühmet worden.

Inſonderheit hat Sie ihren Herrn Vater alß ein frommes Kind geliebet / geehret und gefürchtet / Ihm nach allen Vermögen gedienet / und ſeine beſchwerliche Haußhaltung mit groſſem Fleiß führen und fortbringen helffen. Solche löbliche Zucht / und von jedermann geprieſene Tugend der Seel. Verſtorbenen darinnen Sie auffgewachſen / hat auch dem Weyland Hoch-Ehrwürdigen / Groß-Achtbahren und Hochgelahrten Herrn WILHELMO LEYSERO, S. S. Theol. D. und hochberühmten Prof. Theologiæ bey dieſer Univerſität / hernach auch des hohen freyen Stiffts zu Meiſſen wohlverordneten Dechant / damahlen in die Augen geleuchtet / und / nach dem Er in ſeinem Wittwer-Stand ſich anderweit zu verehlichen entſchloſſen / bewogen / daß Er ſie zu

ſeinem andern Ehgemahl erwehlet/und begehret hat; Deme Sie auch nach GOttes ſonderbahren Providentz, auff vorhergegangenes eyfriges Gebeth / mit Conſens Ihres Herrn Vatern/ und gnädigſter Einwilligung der Durchl. Fürſtin und Frauen / Fr. Hedewig / gebohrner aus dem Königl. Hauſſe zu Dennemarck / Norwegen / und Churfürſtl. Sächſiſchen Frau Wittiben zu Lichtenburg / als ihrer Tauffpathen/ehlich verſprochen / und den 3. Febr. 1634. durch Prieſterliche Copulation anvertrauet worden. Wie lieb und werth Sie ſolchen erſten Ehe-Herren gehalten / mit welcher Treu und Gehorſam Sie Ihm beygewohnet und gedienet / mit was vor Mühe und Fleiß Sie ſeine Haußhaltung geführet / und ſeine Kinder erſter Ehe/ mit aller Sorgfalt und Mütterlichen Liebe/in der Zucht und Gottes Furcht zu erziehen Ihr angelegen ſeyn laſſen / iſt ohne Noth weitläufftig hier zu erzehlen / weil wolgedachter Ihr Ehe-Herr in ſeinem letzten davon ſelbſt ein Bekäntniß hinterlaſſen/und ſolches bey ſeiner allhier gehaltenen und gedruckten Leichen-Predigt enthalten iſt; Daß

nem-

nemlich Er mit dieſer / nunmehro ſeel. Seiner Hertzgeliebten Ehe-Frauen eine gewünſchte Ehe 15. Jahr über zugebracht / ſich einander hertzlich und einig geliebet / keines dem andern in keinerley Geſtalt zu wieder / ſondern beydes ein Hertz / Sinn und Willen jederzeit geweſen / daß Ihrige mit zuſammen geſetzten Gebeth fleißig fortgeſtellet / und daß Er auch an Ihr ſeinen Kindern erſter Ehe nicht eine Stieff- ſondern rechte Mutter gefunden; Geſtalt auch / die von obgedachten Kindern noch im Leben ſind / mit beſondern Ruhm bekennen / daß Sie mit groſſer Liebe und Fleiß von Ihr erzogen ſind / und eine wahrhafftige Mutter an Ihr gehabt haben. Nicht weniger hat auch dazumahl wol erwehnten Ihres ſeel. Ehe-Herrn Frau Mutter / Herrn D. POLYCARPI LEYSERI, des Aeltern / Wittib / welche noch am Leben / und bey ihr zu Hauſe war / höchlich an Ihr geprieſen / daß Sie mit vieler Ehrerbietung und Kindlichen reſpect Ihr unter Augen gegangen / und in Ihrem hohen Alter rechte Kindliche Handreichung / fleißige Pflege und Auffwartung ohne Verdruß erwieſen habe; Daher Unſer ſeel. Frau Mit-Schweſter hinwiederumb von Ihr ſo lieb gehalten



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0121-8

worden/als ob Sie dieſelbe unter ihrem Her-
tzen getragen hätte.

In wärender ietzt ermelter Ehe iſt Sie 9. lebendiger Kinder Mutter worden / die ſie in dieſe Welt gebohren. Unter denen Fünffe Ihr zur Ewigen Freude fürgegangen / nemlich drey Söhne / Caſpar / und Friedrich / und Chriſtian Friedrich / die in der Kindheit erblichen / und zwo Töchter / deren die andere CATHARINA gleichfals in der Kindheit verſtorben / die erſte aber, ANNA MARIA, Tit. Herrn PAUL CONRAD Pichteln / HochGräffl. Erbachiſchen Rath und Hoff-Meiſter / anietzo der Herrſchafft Creyenſtein Innhabern / verehliget geweſen. Die annoch lebenden Viere ſind POLYCARPUS CASPAR Leyſer / wohlverordneter Præpoſitus, und Superintendens zu Kemberg ; II. Sophia Eliſabeth / des Hoch-Ehrwürdigen / Groß-Achtbaren und Hochgelahrten Herrn JACOBI TENZELII, S. S. Theol. D. Hoch-Gräffl. Schwartzburgiſchen Superintendentis, und Conſiſtorialis in Arnſtadt / Hertz-Eheliebſte ; III. JOH. WILHELM, berühmter Handels-Mann in Nauburg

burg / und IV. GOTHFRIED CHRISTIAN. J. U. Candidatus, welche theils in trauriger Begleitung / theils abweſend den ſchmertzlichen Verluſt Jhrer Hertzgeliebten Frau Mutter von Hertzen beklagen.

Anno 1649. den 8. Febr. gefiel es dem Allmächtigen Gott nach ſeinem verborgenen und allein weiſen Rath / Sie zu einer Wittib zu machen / als Er wolgedachten ihren Ehe-Herren von Jhrer Seiten aus dieſer Mühſeligen Sterbligkeit abgefodert / und Jhr fünff unerzogene Kinder / davon keines zwölff Jahr alt war / zuerziehen gelaſſen. Damahls erzeigete Jhr der Höchſte ein hartes / doch hat Sie ſolches mit gebührender Gedult/und ſtandhafften Glauben ertragen/ an fleißiger Verſorgung und Erziehung der anvertrauten hinterbliebenen Kinder weder Mühe noch Unkoſten geſparet / die beſchwerliche und weitläufftige Haußhaltung/ (wiewol es Jhr / weil Sie in Land-Gütern guten Theils beſtanden/ ziemlich ſchwer geworden/) wie Sie bey Lebens-Zeit Jhres ſeel. Ehe-Herrens angeleget war/mit ſolchem Verſtande und Embſigkeit fortgeſetzet / daß die Güter im Bau und Stande erhalten/ und durch ihre Adminiſtration den Kindern

kein Schade zugewachſen iſt. Für allen Dingen / wie es einer Gottsfürchtigen Wittib zuſtehet / trachtete Sie Ihr Hauß klüglich zu regieren / Gott mit inbrünſtigen Gebeth / warhaffter Gottes-Furcht / und rechtſchaffenen Wandel zu dienen / auch die Ihrigen zu gleicher Gottſeligkeit anzuhalten; Und muß ein Jedweder / der Sie in dem Wittwen-Stande / darinnen ſie 14. Jahr verharret / gekennet / Ihr ein Zeugnüß geben / daß Sie mit Gedult und Sanfftmuth ihre Hoffnung auff Gott geſtellet / und in einem Erbarn und Tugendhafftem Wandel zu einem rechten Exempel ſich bezeiget habe.

Da es aber aus gnädiger Providenz es alſo gefüget / daß Anno 1663. der Hoch-Edle / Veſt und Hochgelahrte Herr CASPARUS ZIEGLER, weitberühmter JCtus, Churfürſtl. Durchl. zu Sachſen Hochverdienter Appellation-Rath und bey hieſiger Univerſität Decretalium Profeſſor P. und Ordinarius, Sie zu ehlichen entſchloſſen / und deßwegen bey Ihr gebührende Anwerbung geſchehen / iſt Sie auff vorhergehende fleißige Anruffung GOttes / und ihrer Nächſten Anverwandten Beyrath /

rath/mit Hochgedachten Herrn D. CASPARE ZIEGLERO, in die andere Ehe im Nahmen Gottes getreten: Und iſt ſolches wolbedachte Eheverbindniß den 17. Febr. ſelbigen Jahres durch Prieſterliche Copulation vollenzogen worden. In welcher Ehe ſie groſſes Vergnügen gefunden/und mit Ihrem Hochgedachten Ehe-Herren ins 14. Jahr in höchſter Einigkeit ohne eintzigen Widerwillen zugebracht/in dem Sie Ihn von Hertzen geliebet/und alſo wieder von Ihm geliebet worden/mit gebührender Ehre und Reſpect Ihm/als Ihrem Ehe-Herrn begegnet/nebenſt ernſten Gebethe für ſein Leben und Geſundheit/mit möglichſter Auffwartung gedienet/und durch ſorgliche Auffſicht und Hauß-Sorge Ihn alle Beſchwerde und Ungemach der Haußhaltung übernommen. Weßwegen Er deſto ſchmertzlicher Ihren Abſchied empfindet/weil Er an Ihr einen Gottſeligen/getreuen/und fleißigen Ehgatten/die Ihm nach ſeines Hertzens Wunſch beygewohnet/verlohren. In ihren Chriſtenthum war die ſeel. Frau Appellation-Räthin eyfrig/ohne Heucheley/und biß an Ihr Ende beſtändig. Daß Sie das Geſetze und Zeugnüſſe des HERREN



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0125-1

geliebet/ erſcheinet gnugſam aus der fleißigen Leſung und Anhörung Göttlichen Worts/ und Geiſtreichen Predigten / maſſen Ihr auch bey Ihrer Leibes-Schwachheit nichts ſo ſchwer angelegen/ als daß Sie von den Zuſammenkunfften in dem Hauſe GOttes abgehalten wurde. Deßgleichen hatte Sie an den Heiligen Sacramenten eine beſondere Luſt und Vergnügung der Seelen/ und erkante die Herrliche Güte und Wolthaten GOttes wol/ welche Er in die Sacramenta geleget / darumb Sie in ſolcher Heilſamen Betrachtung ſich des Hochwürdigen Abendmahls jährlich zu unterſchiedenen Mahlen gebrauchet/als eine rechte Chriſtin/ die gegen Ihren GOTT ſich im Glauben brünſtig/ in der Liebe gehorſam / im Creutze geduldig/ und in der Hoffnung beſtändig erwieſen/und ſo viel Menſchliche Schwachheit aus GOttes Gnade vermag/ ſich durch nichts vom Glauben und Gottſeeligkeit abführen laſſen. Ob Sie aber gleich aus erwehnten Urſachen nicht allezeit des öffentlichen Gottesdienſtes pflegen können ; So hat Sie doch deſto fleißiger ihrer Hauß-Andacht abgewartet / und täglich ihre Bettſtunde des Nach-Mittags gehalten / auch des Sontags allemahl

mahl ihr ſonderliches und Gottſeliges Vergnügen an den Predigten/ die ſie fleißig geleſen / gehabt / welches denen/ die mit ihr umbgangen/ uñ ſie darüber angetroffen/ gnugſam bekandt iſt; Daneben hat ſie Jhren Nechſten auffrichtig geliebet / und in Jhrem Wandel behutſam / Niemand mit Willen Aergernüß gegeben / ſondern mit Jedermann freundlich und beſcheiden verfahren/ und Jhr Hauß mit Glimpff und guter Vernunfft regieret.

Jhr Mittleydendes Gemüthe/ und daß ſie Jedermans Noth/ Kranckheit uñ Beſchwerungen bald zu Hertzen gehen laßẽ / haben geringe und vornehme dieſer Stadt erfahren/ welchen ſie mit Rath und That Jhr Mittleyden bezeuget / und / wie ſie vermocht / geholffen. Gegen das Armuth verſchloß Sie das Hertze nimmer/ und war Jhre Hand freygebig. Auch da ſie in den Wittwenſtande geſeſſen/ und die Haußhaltung Jhr ziemlich ſchwer geworden / hat ſie dennoch nicht auffgehöret denen Armen / nachdem Jhre Hand vermocht / auszutheilen / viele milde Stiffter über ſich genommen/ und denen/ ſo es gewiedmet worden / nichts entzogen/ oder vorenthalten / ſondern willig entrichtet /

und

und was zu GOttes Ehre und Auffnehmen Ihres Nechſten gereichen möchte/eyfrig befördern helffen/ von welchem allen ein weit mehrers zu Ihrem wohlverdienten Ruhm könte angeführet werden/ wenn es nicht an dem/ und auſſer Zweiffel/ daß viele in dieſer Stadt und Chriſtlichen Gemeine vorhanden/ ſo Ihren Abſchied mit Thränen beklagen/ darumb daß Sie eine Chriſtliche und Mittleidige Wolthäterin verlohren.

Ihres ſeel. Außganges aus dieſem Jammerthal/und letzten Kranckheit zugedencken/ iſt ſie zwar öffters von Gott mit Kranckheit heimgeſuchet / und vornehmlich von der ſchmertzlichen Colica / und beſchwerlichen Steckflüſſen überfallen worden; In welchen Zufällen Ihr doch bißher die Göttliche Hülffe (welcher Sie in Gedult vertrauet und ſtille gehalten) allezeit beygeſtanden/und gnädig geholffen/daß ſie doch noch zu einē geruhigen Alter kommen/und zwölff Kindes-Kind erleben/ zum Theil auch ſehen können. Als aber im verwichenen Jahre bey derſelben abermahl/ nebenſt einem ſchwachen Magen/ die beſchwerlichen und ſcharffen Catharri ſich eingefunden/ iſt dahero ein langwieri=

wieriger Huſten entſtanden / dadurch die Kräffte des Leibes der Wolſeel. Frau ziemlich entgangen / daß Sie meiſtentheils zu Bette liegen müſſen. Und ob zwar durch angewendeten Fleiß des Herrn Medici, Tit. Herrn MICHAELIS SENNERTI, Med. Doct. und Prof. Publ. die Natur ſich wieder erholet / und Jedermann zur rechten beſtändigen Beſſerung Hoffnung gemachet / weil die Kräffte nun ſo fern erſetzet waren / daß die ſeel. Frau Appellation-Räthin das Gottes-Hauß / wornach Ihr Verlangen ſo lange Zeit geſtanden / wiewol nicht ohne Schwachheit und Beſchwerde / wiederumb beſuchen können; Iſt doch die gute gefaſte Hoffnung bald anders außgeſchlagen / in dem ſich von neuen die Schmertzen des Magens ſambt der Colica erreget / und über dem ein Durchfall / benebenſt ſtetigem Brechen die Leibes-Kräffte gäntzlich wiederumb hingenommen / darüber der Appetit vergangen und die Schwachheit nach und nach ſich vermehret / ungeachtet alles / was zu Wiederbringung der Geſundheit dienlich ſeyn könen / verſuchet und angewendet worden. Wie man demnach geſpüret / daß der Fleiß des Medici und die unterſchiedene beygebrachte Medica-

men-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0129-6

menta keinen Effect erreichen wollen / hat die wolſeel. Fraw Appellation-Räthin bald gemercket/ daß Ihr Sterbſtündlein heranna-hete/ und ob Sie zwar / wie denen/ ſo vielfäl-tig mit Ihr umbgangen / gnugſam wiſſend/ ſich eine geraume Zeit her mit andächtigen Beten und öffterer Erwehnung / wie es ſich wol faſt mit Ihr zum Ende machen dörffte/ ſtündlich zum Sterben geſchicket ; So hat Sie doch vornehmlich/ da zum Abzuge ſich al-les anſehen ließ/ Ihre Seele mit dem theuren Liebes-Pfand des Heil. Abendmahls berei-ten/ und zu der vorſtehenden Reiſe ſtärcken wollen.

Auch darauff Ihren Herrn Beichtvater/ M. AUGUSTUM Fleiſchhauern/ wolver-dienten Archi-Diaconum, den 29. Junii frühe Morgens zu ſich fordern laſſen / dem-ſelben ihre Sünde mit demüthiger Reue ge-beichtet/ von Ihm das Hochwürdige Abend-mahl des Leibs und Blutes Chriſti mit rech-ter Devotion empfangen / Ihre Seele mit Chriſto vereiniget/ und daraus das hertzliche Vertrauen gefaſſet / Ihr Heyland/ der ſein Leib und Blut zur gewiſſen Verſicherung ſei-ner Liebe und Gnade/ auch zum warhafften Unterpfand der verheiſſenen Seeligkeit / Ihr

zu-

zugenieſſen gegeben / der werde Sie auch unfehlbar durch den finſtern Weg des Todes geleiten/ und bringen in das Hauß ſeines Vaters/ zu der ewigen uñ unverwelcklichen Freude der Seeligkeit. Worauff Sie auch/ ſolchen Glauben und Hoffnung deſto gewiſſer in Ihrem Hertzen zu bewahren / ſich aller Weltlichen Sorge entzogen / Ihr Hertz allein Chriſto ergeben / und deſſelben mit Freuden erwartet/ biß Ihr Heyland Sie in Gnaden aufflöſete. Geſtalt Sie denn faſt nichts mehr geredet / und in ſtiller Ruhe gelegen/ biß den 30. Junii Abends umb 7. Uhr/ nach dem Sie kurtz vorher von Ihrem Herrn Beichtvater war eingeſegnet worden / unter ſingen und beten der Umbſtehenden ohne eintzige Ungeberde / wie in einem ſanfften Schlaffe verſchieden/ als ſie in dieſer mühſamen Welt 60. Jahr 6. Monat und 2. Wochen gelebet.

DAs iſt nun geweſen das Leben / und das Ende der Sel. Fraw Appellation-Räthin / an welcher wir traun gehabt haben / und nunmehr verlohren / eine fleißige Beterin/ die mit ihren Gebet/ viel Unglück von dieſer Stadt und von ihren Hauſe

abge=

abgewendet/ eine tugendſame Haußkrone/ die ihrem Ehe-Herrn wohl geehret/ Jhn d' Sorge der Haußhaltung benommen/ und den Armen gerne und reichlich gedienet hat.

Wir haben an ihr gehabt Speculum pietatis, ein recht Exemplar der Gottſeligkeit/ welcher ihr Chriſtenthumb ein Ernſt geweſen/ die ſich auch mit Maria zu den Füſſen JEſu geſetzet/ und den beſten Theil erwehlet hat/ die Bibel fleißig zu Hauſe geleſen/ in der Kirchen mit Andacht gehöret/ und in einen feinen/ guten Hertzen behalten hat: Speculum virtutis, einen rechten Tugend-Spiegel/ in dem an ihr herfür geleuchtet Demuth/ Freundligkeit/ Friedfertigkeit/ alſo daß niemand leicht ſeyn wird/ ſo mit ihr bekant geweſen/ der ſie nicht wegen ihrer Geſchicklichkeit und Tugend halber gelobet hat: Speculum liberalitatis, ein Muſter und Exemplar der Mildigkeit und Freygebigkeit/ welche ſie in vielen ſtücken gegen daß liebe Armuth hat ſehen und blicken laſſen/ wenn ſich arme Leute für ihren Thüren und Fenſtern hören laſſen/ ſo haben ihre Hände mit Myrrhen getroffen/ und Myrrhen lieffen über ihre Finger/ an dem Riegel am Schloß/ wie die geiſtliche Braut von ſich rühmet/ Cant. 5. 5. Mit Maria

Mag-

Magdalena hat ſie manchen Exulanten Salben auff ſein Häupt geſchüttet/ manche Legata, Stifftungen und Almoſen ausgetheilet/ welches noch viel Perſonen ihr nachrühmen. Und ich ſelbſt muß meinen Theil bekennen/als ich bey ihren erſten Ehe-Herrn/ und Ihr faſt in die Zehen Jahr / biß er ſelig verſtorben / zu Tiſche gangen / daß ich dazumahl ihrer Mütterlichen Vorſorge uñ Gutthaten auch mit genoſſen habe/ welches ich ihr zu Ehren/und ſchuldiger Danckbarkeit/ nach ihren Tode und in der Grube nachrühme.

Verba Dn. D. Joh. Meiſneri.

Gleich wie ſie aber in ihren gantzen Leben dieſes vor ihren einigen Troſt gehalten / daß ſie einen gnädigen GOtt/ und ein gut Gewiſſen gehabt / im übrigen ſich befliſſen einen guten Wandel zu führen bey den Menſchen/ alſo hat ſie auch einen gnädigen Gott/ ein gut Gewiſſen / und ehrlichen Nahmen mit in das Grab genom̃en/uñ das Lob einer guten Chriſtin bey der gantzen Stadt nach ſich gelaſſen/ da ihr nun ihre Wercke nachfolgen. Nun gedencket ihrer in allen Ehren/ uñ ſaget/ach daß war eine from̃e/ Chriſtliche Matron/ ein auffrichtiges/Gottliebendes / mildes / gutthätiges/mitleidendes Hertz! Ach! ſchade/und im̃er Schade/daß ſie der Todt hingeriſſen hat Eben das meinet der HErr Chriſtus / wenn er

von den Weibe'/ ſo daß köſtliche Waſſer auff ſein Häupt goß/ alſo redet: Sie hat ein gut Werck an mir gethan / warlich ich ſage euch / wo das Evangelium geprediget wird in der gantzen Welt/ da wird man auch ſagen zu ihren Gedächtnüß/ was ſie gethan hat/ Matth. am 26. cap. Und von ſolchen Leuten redet auch Sirach: Sie ſind zu ihren Zeiten löblich geweſt/ und bey ihren Leben gerühmet. Und die haben ehrliche Nahmen hinter ſich gelaſſen. Aber die andern haben keinen Ruhm/ und ſind umbkommen/ als weren ſie nie geweſt. Und da ſie noch lebten/ waren ſie eben als lebten ſie nicht/ und ihre Kinder nach ihnen auch alſo. Aber jenen Heiligen Leuten / welcher Gerechtigkeit nicht vergeſſen wird / iſt ein gut Erbe blieben / ſambt ihren Kindern. Ihre Nachkom̃en ſind im Bund blieben/ und umb ihren Willen ſind ihre Kindes-Kinder immerfür und für blieben / und ihr Lob wird nicht untergehen. Sie ſind in Friede begraben/ aber ihr Nahme lebt ewiglich/ die Leute reden von ihrer Weißheit/ und die Gemeine verkündiget ihr Lob.

O ſol-

O folget nach / folget nach / ihr Chriſtlichen Matronen / ſetzet euch auch zu den Füſſen des HErrn JEſu / und erwehlet euch auch mit Maria / mit Aſſaph / mit der Seel. Fraw Doctorin den beſten Theil / der nicht ſoll von euch genommen werden / wenn gleich Himmel und Erden in die Piltze gehen / wenn Leib und Seel verſchmachten. Laſſet aber auch euer Licht leuchten für den Leuten / daß ſie eure gute Werck ſehen / und euren Vater im Himmel preiſen / wie der HErr Chriſtus ſelbſt befiehlet Matth. am 5. Der Tabea wird nach ihren Todte nachgerühmet / daß ſie Röcke und Kleider gemacht / und unter arme dürfftige Gliedmaſſen Chriſti außgetheilet habe / im 9. cap. der Apoſt. Geſchichte. Das gab eine gute Leich-Predigt! Das klang beſſer / als wenn ſie bey ihren Todte mit allen Glocken wäre beleutet worden. Aber viel beſſer / ja tauſendmahl beſſer wird es klingen / wenn der allgemeine gerechte Richter und brabeuta für allen Heiligen Engeln / allen Heiligen / und vielen tauſend Märtern und Märterinnen / ihr und allen Tabeen zum ewigen Preiß erzehlen wird / was ſie gutes gethan haben / wie ſie ihren Glauben fruchtbar

 ſeyn

ſeyn laſſen/durch gute Wercke/ich bin hungerig und durſtig geweſen / und ihr habt mich geſpeiſet und getrăncket / ich bin nacket geweſen/ uud ihr habt mich bekleidet / im 25. Matth. Da wird GOtt einen ieglichen / wie Paulus ſchreibet / geben nach ſeinen Wercken/ nehmlich/ Preiß und Ehre/und unvergångliches Weſen / denen/ die mit Gedult in guten Wercken getrachtet nach dem ewigen Leben. Da wird empfahen ein ieglicher/ nach dem er gehandelt hat bey Leibes Leben / in der 2. an die Corinth. am 5. cap. Da wird er ſagen: Kompt her/ihr Geſegneten meines Vaters/ererbet das Reich / das euch bereitet iſt von anbegin der Welt.

Dieſes Reich hat die Seel. Frau Doctorin eingenommen / ſie hat eine ſchöne Crone empfangen von der Hand des HErrn/ und das Theil / das nicht ſoll von ihr genommen werden. Jetzo fraget ſie nichts nach Himmel und Erden / ihr Leib und Seel iſt verſchmachtet/ hingegen hat ſie GOtt den Vater/ der ſie erſchaffen/ GOtt den Sohn/der ſie erlöſet / GOtt den Heiligen Geiſt/der ſie geheiliget hat. Jetzo geneuſt ſie der Frewde/ die GOtt bereitet hat denen / die ihn lieben/

und dieſelbe wird ſie continuiren in alle Ewigkeit.

Der ewige und allmächtige GOtt verleihe dem verblichenen Heiligen Leichnam in der Erden eine ſanffte Ruhe/ und am Jüngſten Tage eine fröliche Aufferſtehung zu den ewigen Leben.

Den hinterlaſſenen Hochbetrübten Herrn Wittwer/ Herrn Söhne/ und Fraw Tochter wolle er kräfftiglich ſtärcken/ und ſeinen gnädigen Willen zu erkennen geben. Uns aber lehren/ daß wir ſterben müſſen/ und uns alle Tage/ alle Stunden/ und Augenblick zu einer ſeeligen Nachfahrt bereit machen mögen/ auch/ wenn unſer Seiger ausgelauffen iſt/ geben den herrlichen Theil im ewigen Heil/ und ſolches alles wolle er thun umb CHriſti JEſu Willen/ Amen.

# SERMO
## ad
# EXEQVIATO-
# RES.

Cum unà Eurus Notusq; ruunt, Academiæ Rector Magnifice, Viri, Generoſiſſime, Magnifici, &c. &c. &c. Ut & Nobiliſſima pudiciſſimarum Matronarum Virginumq; concio; Tuq;, qvæ me undiqvaqve circumdediſti, ſtudioſorum Corona, Cùm, inqvam, unà Eurus Notusq; ruunt, cum potentiſſima turbinis illa vis omnia ita miſcet, ut inuſitatis tenebris etiam mergatur cœlum, & mediô die fœdiſſima ingruat nox; Neminem ſanè adeò ſopitum exiſtimo, ut non advertat, qvid mali, qvid portenti, omnia hæc annunciare nobis ſoleant: Tremendos etenim fulminum fragores Prodromos hoſce inſeqvi, ædificia noſtra, haut

ita

ita pridem iteratis vicibus à Cœlô tacta, abundè teſtantur. Qvid ergò mihi in præſens animi eſſe putabitis, Rector Magnifice, cæteriqve Exeqviatores honoratisſimi? qvi Clarisſimum certè, & ingens illud, & Aulæ Electoralis, & Academiæ hujus, & JCtorum noſtri temporis Lumen, MAGNUM ZIEGLERUM puto, qvi tanta Nobilisſimæ Leiſerianæ Familiæ SIDERA SPLENDIDISSIMA, ſpisſisſimis jam luctûs atqve mœroris nubibus obfuſcata, cerno. Anne & propterea mala qvædam imminentia præſagire habeo? Avertat hoc Altisſimi clementia! Demiſſa eqvidem ſunt jacula, tacta eſt Amplisſima ZIEGLERIANA DOMUS, qvaſſata, imò penitus contrita præcipua ejusdem Columna, horrendô, proh dolor! mortis fulmine. O acerbisſimum, O irreparabile damnum! Et verò hoc certè eſt, cur altum illud Zieglerianum Cœlum, qvod miris aliàs virtutum luminibus coruſcare conſvevit, nunc mutatum adeò atqve demiſſum perſpicimus. Nec mirum illud, qvod VIRUM TANTUM, TANTAMQVE FAMILIAM, confuſos admodùm, atq; dolore oppreſſos fermè videamus.

mus. Exemta etenim eſt mortalium cœtibus CATHARINA ZIEGLERIA, nata BOSIA, Incomparabilis Matrona, cujus virtutes, aut prædicare, ut par eſt, aut deplorare, qvantum ſatis, vel diſertisſimo cuivis deſperandum. Qvapropter non eſt, ut impar hoc humeris noſtris onus, ſuſcipere tentemus. Qvis enim eſt, in hac ſplendididisſimâ Coronâ, qvæ me circumſtat, qvi neſciat, aut plenô ore fateri detrectet, MATRONAM noſtram, & pietate in DEUM, probitate erga homines qvosvis atq; comitate, fide, amore, ſtudiô in Magnificum Maritum ac Liberos Lectisſimos, adeò ſemper fuiſſe, ut ne ulla qvidem unqvam anteferri IPSI in his omnibus potuerit. Non de mirificâ gubernandæ domûs prudentiâ, regendiqve familiam dicere conor, cum omnia abs ſe ſatis ſint nota: prætereaqve verendum, ne commemorando DEFUNCTÆ laudes, Infelicisſimi VIDUI, ac totius FAMILIÆ afflictisſimæ, deſiderium magis accenderẽ, & immedicabilis Vulneris dolorem exacerbarem. Qvid multis! Ipſimet VOS, Exeqviatores, utriusq; Sexûs, omniumq; Ordinum Honoratisſimi, præ-



ſentiâ

ſentiâ veſtrâ ſplendidisſimâ teſtimonium agitis luculentum ſatis, qvàm præclara, qvàm illuſtris, dum viveret, à VOBIS ſemper ſit habita MATRONA NOSTRA. Qvapropter, ſint TIBI hæc omnia, Patrone maxime, Vidue mœſtisſime, arma inexpugnabilia, qvibus inſultus triſtitiæ atq́; mœroris dejicere validè qveas, præſertim cùm non amiſſam TUAM, ſed in Cœlum præmiſſam EAM non dubitare habeas. Placuit ita rerum omnium arbitro. Et noſtrum omninò eſt, ferre ſortem, qvam DEUS impoſuit. Sed da veniam, Patrone, qvòd TIBI ſapientisſimo Viro, in memoriam jam revocare hæcce veritus non fuerim. Putabam ad id Clientelari me nexu adſtrictum. Nunc qvoq́; efficiam, qvod facere juſſus, qvodq́; ſupereſt. Scilicet, Vobis omnibus, Rector Magnifice, cæteriq́; Exeqviatores, atq́ve Auditores Sexûs utriusq́; omnium, ordinum gravisſimi, atqve honoratisſimi, Mœſtisſimi Vidui nomine, ut & omnium, ad qvos hoc funus ſangvinis jure, ſpectat, eâ, qvâ par eſt, humanitate atq́; reverentiâ ſummas ago habeoqve gratias, qvod tantâ freqventiâ exeqvias celebrare

voluiſtis. Qvod uti magno ſolatio ipſis, ac levamento eſt, ita viciſſim Illi ſedulò navabunt operam, ut ſtudium hocce eximium, & plenum humaniſſimæ pietatis, qvôvis officii genere, lætiori tamen occaſione, compenſare valeant. Idqve me ſponſore promittunt ſanctè atqve pollicentur.

Dixit in Templo Urbis
die V. Julii Ao. Chriſti
MDC LXXVI. 1676

LUDOVICUS Lentz/ J.U.D.
& Facult. Jurid. Aſſeſſ.

D.M.

D. M.

ET QVIETI ÆTERNÆ

# CATHARINÆ BOSIÆ,

SINGULARIS EXEMPLI
FOEMINÆ,
QVÆ DUM OMNIS GENERIS
VIRTUTES
EX DIVERSIS ÆTATIBUS
COLLECTAS
IN SE UNA MISCUISSET,
INTER CÆTERA INDUSTRIÆ
ARGUMENTA,
ID PRÆCIPUE OPERAM
DEDIT,
UT
PIETATEM DEO,
FIDEM MARITO,
CHARITATEM PROXIMO;
PRÆSTARET,

ET

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0143-0

ET IN RE FAMILIARI,
VEL CONSERVANDA,
VEL AUGENDA,
PRUDENTIAM SPECTATAM
FACERET,
QVIBUS OMNIBUS ITA
EMINUIT,
UT INTER MATRONAS
SUÆ CIVITATIS
PRINCEPS HABERETUR,
*CONJUGI CHARISSIMÆ,*
*ET INCOMPARABILI,*
CUM QVA VIXIT
ANN. XIII. CUM DIMID.

CASPAR ZIEGLERUS, JCTUS,
H. M. P.
HAVE, SALVE.

SUPREMO HONORI

MARIÆ ELISA-
BETHÆ KLAU-
BARTIÆ,

UXORIS SVA-
VISSIMÆ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0145-2

QVò abis nunc? & cur abis è conſpectu meo? cur ita triſtes nos relinqvis? ô mea! ô dulciſſima mea ELYSIA! ſvaviſſima mea! ô mea! cur ita fugis nunc deſiderio tui anxium, & virtutum tuarum ſitientem? Ipſe ego tibi præſtò ſum, qvo ut careres anteà ad breviculum aliqvod tempus, ferre vix poteras, & ſi qva interceſſiſſet mora longior, intoleranter dolebas. Cum lacrymis dimittebas abiturum, & cum inteſtino qvodam dolore ad rhedam comitabaris, nec ſuſtinebas graviorum negotiorum excuſationem. Qvæ verò hæc in te nunc eſt animi alienatio? qvæ commutatio? qvæ averſio? Non limis ampliùs, & morſicantibus oculis me intueris, qvibus venari antehac meos ſolebas amores; ſed truculentis, torvum tuentibus, triſti fronte, & vultuoſo ſupercilio non tàm adſpicis nunc, qvàm perſeqveris miſerum, & maritali amore penè confla-

gran-

grantem. Ipſa me nunc deſeris, non parvam aliqvam aliqvot dierum uſuram poſtulans, ſed reverſura nunqvam, nunqvam tui hanc jacturam reſtitutura. Qvî verò excuſabis hoc animi tui propoſitum? & cur ſtatuis in me, qvod tibi factum nullo unqvam tempore voluiſſes? Idem velle & idem nolle optimum eſt conjugii condimentum. Idem ne velis deinceps, ſolvis matrimonium, qvodqve voluiſti olim, noluiſſe te nunc malle teſtatum facis. Et qvæ verò mala manus triſte hoc diſcidium operata eſt? qvis Colchus aut Theſſalus nobis has offenſiones levavit? aut qvæ veteratrix fœmina devotionibus ſuis noſtro obſtitit amori? Conturbaveramus delitiarum noſtrarum numeros, ne ſciremus ipſi, neve invidere qvis malus poſſet; nec extingvere tamen licuit acerbiſſimis venenis imbutum faſcinum. Non tu ætatem meam, aut corpus, qvæ occidunt nunc & ſeneſcunt, ſed gloriam diligebas, qvo minùs conjicere potuiſſet qvisqvam, ab efficaci illa ſcientiâ aliqvod nobis periculum imminere. Qvis verò tàm invidus noſtræ huic felicitati, tàm iniqvus alienæ

fortu-

fortunæ arbiter extitit, ut ipſum florem conjugii infringere haud vereretur? Naturæ infeſtus eſt, qvi ſeparatos cupit, qvos tàm arctâ, tàm felici, tàm conſtante dexterâ combinavit & conglutinavit ipſa. Undecunqve verò natales ſuos habeat hoc malum, qvod tàm graviter nunc premit rem meam familiarem, optarem certè, tàm felicibus, tàm cupidis, tàm flagrantibus in amore nobis eſſe non licuiſſe, ut deferveſceret ſenſim, qvo nunc ardeo, deſiderium tui. Hoc verò tàm immodicum penes me ſentio, ut immenſo & infinito ſimile videatur. Te mane, te meridie, te veſperi, te noctu cogito, te loqvor, te ſomnio, te vigilo, â te ad me & in me, & viciſſim â me ad te & in te revocor. Totus in te abeo, & in tui contemplatione totam qvotidiè occupatam habeo mentem. Non ita vacare mihi poſſum unqvam, aut in me reflecti aut recedere, qvin tu ſemper præſtò ſis, & mea ſubitò interpelles negotia, etiam implicata maximè, & animum attentiſſimum exigentia. In te oblectationes meas, hoc eſt, mentis occupatæ diverticula &

habui olim, & adhuc habeo, & nunc qvidem, qvòd aſpectu tuo caream, freqventiùs, niſi qvòd, qvæ riſui argumentum ſuggerebas olim, nunc lacrymas ſvaviſſimâ tui recordatione exprimas. Nec diſſimulo tamen, me de triſti aliqvo eventu non unis vicibus, dum viveres, mihimet ipſi oraculum extitiſſe, & nudata habuiſſe aliqvantiſper fatorum arcana; tantam tamen eorum vim, tantumqve rei familiaris & amoris mei excidium, ne qvidem per ſomnium comprehendere animo potuiſſem. Fluxa enimverò & valdè caduca eſt hominis vita; ſed qvis neſcit, diutiùs vivere præſumi adoleſcentem, qvàm ætate jam gravem? Nec tamen Babylonios in hanc rem adſcivi numeros, ſed qvid expectandum eſſet, ipſa me monuit, qvæ perpetua eſt, rerum viciſſitudo. Beatus ſcilicet videri potuiſſem, niſi fragilitatis humanæ conſcius circumciſa omnia, & in futile atqve caducum tempus incluſa vidiſſem. Noſti, mea ELYSIA, ſæpiuſculè me in hæc verba prolapſum, ex flagrantiſſimo & conſtantiſſimo utriuſqve noſtrûm amore

fieri

fieri vix poſſe, ut non aliqvà metuenda eſſet calamitas ſecutura. Haud vanus ego vates fui, nec feſellit mens præſaga mali, qvanqvam, tàm immanem, tàm truculenti fulminis impetum ne qvidem animo concipi potuiſſe, tùm temporis crediderim. Nec enim de rebus fluxis aliqva talis capi poteſt conjectura, qvòd perituræ ſint illicò, præſertim ſi in vigore ſuo conſiſtant, etſi infringantur aliqvando & qvaſſato corpore langvidiores ſubinde reddantur. Nihil qvidem tàm diuturnum, tàm conſtans & ſtabile eſt in rebus humanis, ut non rubigine contaminetur aliqvando, & aliqvâ parte corrumpatur. At verò ut ipſa res tota conflagret qvaſi in ſe ſubitò, unâqve aliqvà infirmitate ad interitum uſqve corripiatur, & violentum videtur, & præter ordinarium naturæ modum. Avara nimis fuit fati atrocitas, nec ſatiari potuit leviuſculâ aliqvâ plagâ, ſed ipſam ſupremam neceſſitatem per febrem qverqveram inducere oportuit. In his tantis meis anguſtiis in lacrymas reſolvor totus, & vix ſingultantibus verbis extre-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0151-5

mam illam, qvæ me occupavit, luctûs acerbitatem excutere valeo. Divellor & conficior prorſus mœrore, & parùm abeſt, qvin dicenti dolor iſte ſimul ſpiritum & vocem intercludat. Multò tenerior apud me eſt affectus, qvàm ut patiatur ſibi applicari remedia ex porticu ſubminiſtrata, portenta magis opinionum, qvàm allevamenta animi ſaucii, & ad qvodvis verbum duriuſculum nauſeantis. Illa namqve dum prorſus omnem affectum adimunt ſapienti ſuo, ne hominem qvidem relinqvunt, ſed novum qvendam deum aut idolum fabricantur, imò verò marmoreum potiùs hominis ſimulacrum, ſtupidum & ab omni prorſus humano ſenſu alienum. Eorum, qvi ita ſentiunt, qvàm inanis & ab omni uſu remota ſit diſciplina, vel ex eo conſtare poteſt, qvòd contortulis qvibusdam ac minutis concluſiunculis nec ad ſensûs permanantibus, dogmata ſua fulcire ſoleant. Hominem eſſe decet, cui mentem adaptavit divina poteſtas, ne dum ille ad omnes naturæ ſensûs obſurdeſcere decernit, DEO ipſi leges præſcribe-

re velle videatur. Hominis autem eſt, affici, dolere, ſentire, & ab rupe, nullum ſenſum admittente, diſcriminari. Dum natura nobis lacrymas indidit, & flendi facultatem conceſſit, atqve ſic non ab illis tantùm rebus, qvæ animâ prorſus carent, ſed â brutis etiam diſtinxit ac ſeparavit, confeſſa eſt eqvidem, molliora eſſe debere pectora hominum, neqve peccare, ſuis in calamitatibus ſi continere lacrymas neqveant. Magis audio humanitatis & civilioris prudentiæ Magiſtros, qvi in animum ſubindè revocant, ignoſci poſſe prolapſis ad lacrymas, ſi non nimiæ decurrerint, ſi ipſi illas repreſſerimus: nec ſiccos eſſe oculos, amiſſo amico, nec fluere tamen debere: lacrymandum eſſe, non plorandum. Illis igitur ego

— — — nimius fortaſſe, avidusqve doloris
Dicor, & in lacrymis juſtum exceſſiſſe pudorem.
Qvisnam autem gemitûs lamentaqve noſtra reprendit?

O nimiùm felix, nimiùm crudelis, & expers
Imperii, fortuna, tui, qvi dicere legem
Fletibus, aut fines audet cenſere dolendi!
Incitat heu planctûs, potiùs fugientia ripas
Flumina devincas, rapidis aut ignibus obſtes,
Qvàm miſeros lugere vetes.

Felicem prædico, cui tanta contigit animi firmitas, ut ubicunqve ſtet fortuna aut recedat, nihil indiga illa cujusqvam, ſemetipſam tueatur, & virtute ſuâ ſe involvat. Qvot autem mihi ſiſtes tàm tenaces ſui, & tàm fortiter ſibi reſiſtentes, ut ad perticam dimetiri ſuos affectûs, & lacrymarum guttulas ad menſuram profundere valeant? Et qvis eſt porrò, qvi domeſtico luctui bellum indicere velit? qvive ruinas familiæ ſuæ inconnivente oculo intueri qveat? Tantum ſcilicet abeſt, ut credam, affectibus noſtris promiſcuè omnibus aut laxare aut adducere frenum, maximâ ex parte noſtræ eſſe poteſtatis. Ajunt, juſtas eſſe Principis lacry-

crymas, nec reprehendi poſſe, ſi vel ruinâ regni ſui oppreſſus fuerit, vel exiſtimationis famæqve jacturam fecerit, vel populorum ſuorum miſeriam doleat, vel nimiam malorum proſperitatem ad animum revocet, vel deniqve ſapiens aliqvis diem ſuum obierit. Princeps ego in Rep. meâ domeſticâ ruinam Regni mei, familiæ miſeriam, & ſapientiſſimæ gubernatricis obitum dum expendo, qvis erit, qvi in triplici hâc clade inferius conditione meâ dicturus ſit, ſi publicè indulgeam lamentis, ſi gemitibus impleam funeſtas ædes? Si qvid hîc in exſuperantiam degenerat, & immodicè fieri arguatur, neqve id qvidem ſupra humanæ naturæ menſuram dici poterit, qvippe qvæ propter lacrymas finium regundorum judicium nullum agnoſcit. Sim enimverò profuſior haud paulò in meâ hâc anxietate, & in admittendo dolore liberalior, non video tamen, qvibus ſapientum dictis enecari poſſit tàm copioſè affluens mœſtitia, & qvæ dies ſatietatem doloris, in qvo veluti voluptatem qvandam nunc capio, inducere qveat.

Nec enim in ſpem eam erigor, fore aliqvando, ut per diuturnitatem temporis, qvæ maximos alioqvin luctûs tollere vetuſtate ſolet, mœroris hujus acerbitas conſumatur; tantum abeſt, ut ab ejus hoc fructu præripere aliqvid conſilio prudentiâqve liceat. Hunc dolorem cineri tuo atqve oſſibus inuro, ſvaviſſima mea, mea dulciſſima, ut humore omni per lacrymas conſumpto in cineres redigar ipſe, & cineribus tuis admiſcear tandem. Et ſic igitur in cineres deſinit votorum meorum ſumma, & cinerem ipſum qværunt ſermones infeliciter cœpti.

At verò alia longè mens ſedet, ad oracula cœleſtia dum ſe componit, dumqve in illis invenit, qvæ diffidentem animum confirmare, & afflictum erigere valent. Faciunt illa, ut repentè alius me fiam, & lætiore nunc vultu atqve præſenti magis animo incedam. Vana enimverò ſunt, & ad ſenſûs haud penetrant, qvæ ex prudentiâ humanâ petuntur, conſolationum argumenta. Nihil iſtic ſolidi, nihil qvod levamento eſſe qveat

affli-

afflictis; ſed ut tela â duro ſilice reſiliunt, & cædentem feriunt: ita dolores, exqviſitiſſimis ſapientiæ fomentis deliniti, aſſiduo repercuſſu animum non vulnerant, ſed lancinant & conſumunt. Qvantum verô ego nunc ſum mutatus! poſtqvam non inanes ampliûs philoſophorum ſententias, ſed ipſam divinam vocem & promiſſionem audio, eiqve intentus inſiſto. Non jam in cineres ampliùs reſolvi cupio, niſi qvi vitæ æternæ prodromi & pararii ſunt, ut per eos corporis hujus exuviæ illuſtriori ſpecie prodeant aliqvando, & ab omni concretione mortali purgatæ cœleſtibus gaudiis fruantur tandem. Felix anima, qvæ terreno ſoluta carcere, & ab omni corruptione libera cœlum petit, qvæ nullo metu mortis afficitur, ſed amore divino accenſa immortale vitæ genus ſectatur. Divini hujus amoris æſtu dum aduror leniter, ſurgit in flammas tenui fomento caleſcens & enutritus ignis, & totum mox divinus ardor inſatiabili cupiditate invadit. Hoc incendio conflagrari nunc cupio, ut qvantocyùs ſuperarum & cœleſtium rerum ſpectator fiam, ut audire lice-

at jucundiſſimas tuas, cœleſtis ELYSIA, tuorumqve concivium cantilenas, carmina delicata, muſicos numeros, & ineffabilem adhuc mihi verborum ſymmetriam; & ut ipſe qvoqve tecum cantare qveam canticum de elegantiſſimis canticis Sion. O qvantum mihi tùm gaudium erit, inſigni iſtâ & æternâ tuâ felicitate tecum fruiniſci, tecum videre Deum, tecum tot angelis ſociari, tot ſanctos habere gregales, tot myriades circumſpicere hominum beatorum. Libet mihi tuæ intendere claritati, delectant me bona tua, & acerrimo tui deſiderio inflammant. Qvò diutiùs ea mecum perpendo, eò ferventiore amore tui langveo, & cupientiſſimus beatitudinis tuæ uniri tecum expeto, qvàm ocyſſimè. Planè dum ita immerſus ſvaviſſimis hiſce de Te cogitationibus perpetuò ſum, videor mihi abdicaſſe me corporis mei uſu, & excedere res humanas; nec ineptias ampliùs, qvas ſuggerere ſubindè ſolet amor conjugalis, in te effundo, ſed ad tyrocinia & rudimenta æternitatis ex hâc novâ tecum converſatione ſenſim adſveſio, ſentioqve ſemina & igniculos vitæ futu-

ræ.

ræ. Nihil majus me nunc, neqve excelſius qvid eſt in terris, tecum dum ago, neqve cum morte corporis commune qvid ampliùs habeo, ſed in te & cum te vivo, & vivam in æternum, faciamqve, ut qvod reſtat vitæ hujus mortalis, aliud agenti veluti ſomnium elabatur, & extra jus mortis reponatur. Hoc erit nunc opus meum, qvod feliciter tecum inchoatum mors ipſa perficiet: & ſic utriqve non tu tantùm, qvæ tota pulchra es, ſed ego qvoqve, qvi tui amore nunc contabeſco, primo & vero pulchro toti & ex voto fruemur. Contabeſco, inqvam, ſed ſvaviter admodùm & feliciter, qvòd per hanc animæ â corpore ſeparationem, qvam intendo, in me congreger ipſe & qvaſi colligar, ut, dum mori diſco, vivere incipiam. Et ex hâc mortis meditatione corpus detrecto, tanqvam onus mente indignum, idqve naturæ ut reddam, ſolâqve iſtâ, qvâ tu nunc gaudes, voluptate fruar, unicè nunc in votis habeo. Utriuſqve noſtrum filiola, in qvâ uterqve utrumqve nos veluti in ſpeculo intuiti ſumus, lacrymis ac flebili vagitu ſuo me docuit, naſci nos invitos. Dum adoleſcit

ali-

aliqvantum ea, variis fortunæ ludibriis â primâ infantiâ nos exponi, obſervo, qvæ tàm ſunt in promptu, ut invitis etiam, &, ut videtur, nihil tale merentibus occurrant. Hæc res facit, ut attollere ſe diſcat animus meus, ſupraq; omnem mortis metum aſſurgat, & excelſis maſculisq; divinæ ſcripturæ oraculis erigatur. Credo ego, metum mortis, qvam ipſam tàm formidabilem faciunt nonnulli, â naturâ non eſſe, ſed ab opinione, & tali qvidem, qvæ de ſecuturâ felicitate ſubdubitat ſaltem, ſi non deſperat aliqvando. Ecqvis enim non præferre velit libertatem ſervituti, affluentiam egeſtati, vitam morti? Non poterit vocari mors, qvâ mortalitas magis finitur, qvàm vita, neqve dici poterit vitâ exceſſiſſe, cui æternitas contigit, & immortalitas donata eſt. Salve in hâc tuâ felicitate, BEATISSIMA ELYSIA, & vale, tuumqve qvondam maritum ad te reverſurum propediem expecta!

RECTOR

# RECTOR
# ACADEMIÆ WITTENBERGENSIS
# JOHANNES ANDREAS QVENSTEDT,

QVEDLINBURGO-SAXO, SS. THEOL. DOCTOR, EJUSDEMQVE PROF. PUBL. UT ET ELECTORALIUM ALUMNORUM EPHORUS,

*CIVIBUS ACADEMICIS S.P.D.*

NE SEPULCRIS CORONÆ LONGÆ IMPONUNTOR: vetuſtiſſima lex Tabularum Romanarum habebatur. Qvid coronæ longæ, primùm? deinde, cui uſui coronæ mortuis? Abuſos ſæpè hominum gravitate ſervulos in floribus ſpargendis,

&

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0161-0

& coronis plurimis nectendis ac odoramentis ſuccendendis, pro munuſculis fuiſſe, autor eſt *Fulgentius.* Nec ſemel tantûm στεφανοβολίαν inſtitutam hanc exiſtimandum; ſæpiùs, ac toties id factum, qvoties arriſit. Ex fide veterum hoc pendet lapidum, qvandoq; teſtamento cautum, ut qvotannis fieret. Non defuiſſe, Claudio defuncto, qvi per longum tempus vernis æſtivisq; floribus ornarent ejus tumulum, pro teſte eſt *Tranqvill9.* Monumenta floribus, corollis, ſertis tumulos ſpargendi, à gentilibus ad Chriſtianos, ad immobilem futuræ reſurrectionis ſpem teſtificandam, non immeritò videtur propagatus mos. *Prudentius* in hymnis:

Nos tecta fovebimus oſſa,
Violis, & fronde freqventi.

Nihilominùs expoſtulaſſe in Octavio *Minutium Felicem* conſtat: Mortuos non coronamus: ego vos in hoc magis miror: qvemadmodùm tribuatis exanimi, aut non ſentienti coronam? *cùm & beatus non egeat; & miſer non gaudeat floribus*, ac qvæ ſeqvuntur. Qvicqvid ſit: nec jactationes populares, nec coronas exigit Clariſſimus Saxonicorum Juriſconſultorum

rum propter merita illuſtriora, atq; princeps, DN. CASPAR ZIEGLERUS, Anteceſſor, Ordinarius, ac Senior Collegii, & à Conſiliis ſupremæ provocationis, oppidò graviſſimus, Collega noſter perqvàm honorandus; dum Matronæ inter rariores primæ, ſvaviſſimæ olim Conjugi, nec primæ, MARIÆ ELISABETHÆ, parat hodiè exeqvias. *Hieronymi* in conſolatione ad *Pammachium*, ſuper obitum PAULLINÆ ſuæ, iſta erant: Cæteri mariti ſuper tumulos uxorum ſpargunt violas, roſas, lilia, floresq; purpureos, & dolorem pectoris officiis his conſolantur. *Pammachius noſter ſanctam favillam, oſſaq; veneranda, eleemoſynæ balſamis rigat. His pigmentis atq; odoribus fovet qvieſcentes cineres*. Aut omnes fallimur; aut vanitatis oſor eſt ZIEGLERUS, beneficiisq; diſpenſandis potiùs, qvàm titulis ac corruptelis gaudet. Ibimus, qvandoqvidem ſic placuit, per ſumma ſaltem capita, in exponendis Fœminæ Clariſſimæ elogiis. Adſpexit lucem ipſa pridie Kalendarum Aprilis, horâ qvaſi VII. veſpertinâ, Anno cIↄ Iↄc XLVII. Penicæ, Oſterlandiæ in Hermunduris oppidum, ab ollis atqve ur-

ceis

ceis famigeratum eſt. Patrem habuit Amplisſimum doctisſimumq́; VIRUM, DN. WILHELMUM KLAUBARTUM, initiò Schönburgicum, mox Altenburgenſis in Ducatu Saxonico Qvæſturæ Præfectum, tandem à conſiliis Zviccaviæ, (Cygnéam vulgò vocent;) Matrem ſexûs ſui ornamentum, MARIAM, Viri Spectatisſimi DN. WOLUFGANGI PöLERI, Prætoris integerrimi ibidem filiam. Ab his ad pietatis virtutumqve educata cultum, genio ſeqvaci formabatur. Tori ſociam propterea eandem ſibi ritè legit, Anno cIↄ Iↄc LXVII. die XIX. Februar. Conſultisſimus VIR, DN. ANDREAS Frauendorff/ Juriſperitus haud incelebris, Neoburgi ad Salam Conſul, & (qvi rariùs in unum convenire ſolet,) Syndicus. Non diuturno flore ſteterat felicitas hæc illi. Mater qvidem facta edidit filiolam SUSANNAM DOROTHEAM, mox tamen iterùm amiſit morte, ac Marito ipſo amantisſimo, die XXVIII. Novembris Anno cIↄ Iↄc LXXI. atrociore luctu, orbabatur. Solitudinem in ſeptennium extendit, precibus & honeſtati vitæ unicè intenta. Neq; indotatam reliqvit ejus probitatem providen-

videntia cœleſtis. Anno cIↄ Iↄc LXXVIII. videlicet undeviceſimo Auguſti die factum, ut emendatiſſimi exempli Conjugem, cùm qværeret, in eâ reperiret Vir majoris meriti, qvàm affectati nominis, (qvod utrumqve tamen inter ſumma meritò ponendum,) divini humaniqve Juris Conſultiſſimus ZIEGLERUS. Per biennium hoc & ſeptem hoſce menſes, breve ſpacium prolixa, qvoniam perpetua, conſenſio animorum inter compares perviguit. Puellâ certè lepidiſſimâ exhilaratus, JOHANNA REGINA, ætatis non vacationem, ſed ſolatium obtinuit per eam; ſic, ut teſtamentum pænè rumperet. Vivat, & ſuperſit conſummatiori gaudio Parentis amœniſſima filiola! Non parùm interim affecit Genitricem obitus cùm Matris Wittebergæ, tùm Hamburgi (qvò negotiorum proficiſcebatur cauſſâ,) Patris. Qvotusqvisqve inde non intelligit, qvàm illætabili in eum data caſum fato ſit, qvo vix alius evertere aut chariora, aut adimere ampliora potuiſſet? Nec tamen duplici hoc luctu ſaltem premebatur. Accedebant prodromi periculoſioris ſtatûs. Ineun-

te brumâ tuſſis, qvâ jam ante laboraverat, invaluit tantoperè, ut conſilium expeteretur Medici inſignis, DN. SENNERTI noſtri. Cui cùm, ex lapſu propter glaciei lubricum adverſo, neceſſitas imponeretur decumbendi, mox ſucceſſit DN. D. JEREMIAS LOSSIUS, Prof. Publ. Excellentiſſimus, qvi nihil operarum curarumqve intermiſerat, qvod in tempore levando malo neceſſarium videri potuit. Sed morbi contumacia, ſymptomatum complurium acceſſu, vires acqvirebat indies. Qvapropter accuratâ providentiâ Mariti Vir Magnificus Nobilisſimusqve (qvi tùm pro ſalute excubabat SERENISSIMORUM PRINCIPUM hîc apud nos,) DN. D. ABRAHAMUS Birnbaum / Medicorum Aulæ Senior, Conſiliarius & trium ELECTORUM longè meritisſimus Archiater, in partes etiam vocatus adfuit; qvôd ſub id ferè tempus Loſſianam in Anatomia corporis humani diligentiam acueret illuſtris Spectatorum concio. Veruntamen maturè deprehenſum, ac (nî fallimur?) præmonitum, jam eo loco conſtitutas peſſimè res ægrotantis eſſe, unde ſpes conva-

leſcen-

leſcendi nulla appareret ampliùs. Nec enim phthiſin ſaltem arguebant omnis generis indicia, ſed febris putrida, qvæ hecticam adjunxit, aut reliqvit, ſeqvebatur. Adhæc æſtuabat intùs in vitalibus calor irremediabilis, ut Plinianâ voce uti liceat, & depaſcendo vires ſingulas, ſpernebat medicinam omnem, generoſiſſimam qvantumvis. Qvid igitur actura aliud, vix hærens oſſibus, Matrona erat? qvàm ut miſericordiæ divinæ totam ſe permitteret. Accerſitus Reverendus plurimùm Archidiaconus, qvem à Confeſſionibus habebat, DN. M. JOHANNES FABRICIUS, ſæpiſſimè neceſſitatibus advigilabat; nec ſolatio ſolummodò dejectam erigebat ex oraculis cœleſtibus, ſed ſacroſancto epulo paſcebat abſolutam vitæ hujus miſeræ criminibus. Convulſiones diarrhæa qvoqve anteceſſit; etiamſi non diſſimulandum ſit, perſæpè meliuſculam fuiſſe viſam ejus ſortem. Sed viſa: viſum Numini, eripere tot exantlatis malis Fœminam piiſſimam. Hoc factum ipſo die Martii duodeviceſimo, qvo vacabamus precibus, nec non jejuniis, *prout religio ſuggerebat* PATR.

PATRIÆ, ad veſpertinam V. horâ qvaſi inſtante, cùm ſpiritum Servator evocaret; qvem per Annos ferè XXXIV. exceptis propemodùm duabus hebdomadibus conceſſerat Beatæ. Poſt I. pomeridianam ceremoniâ ſolemni parabuntur hodiè exeqviæ, & concione funebri cohoneſtabitur defuncta, ex Vidui efferenda ædibus. Vos, CIVES ACADEMICI, nec juſſi, nec rogati, ſponte veſtrâ, qvantum meritis ZIEGLERIANIS maximis obſtricti ſitis, teſtabimini prolixo comitatu. Æqvum eſt videlicet, ut, qvi de omnibus meretur benè, in adverſis etiam levetur & juvetur omni modo. P. P. a. d. XXII. Martii, Anno reparatæ gratiæ per CHRISTUM

cIↃ IↃc LXXXI.

1681

Die

DJe Wohl-Erbare und VielTugendſame Frau Maria Eliſabeth / Herrn D. Caſpar Zieglers / geweſene Eheliche Hauß-Frau / iſt gebohren im Jahr Chriſti 1647. den 31. Martii Abends umb 7. Uhr / zu Penigk in der Herrſchafft Schönburgk. Ihr Herr Vater iſt geweſen der WohlEhrenveſte / GroßAchtbahre und Wohlgelahrte / Herr Wilhelm Klaubart / damahls herrlicher Schönburgiſcher / nochmahls Hoch-Fürſtlicher Sächſ. Ambtſchöſſer zu Altenburg / und endlich vornehmer Conſulent zu Zwickau; Die Frau Mutter aber / die Erbare und Tugendreiche Frau Maria / Herrn Wolffgang Pölers / weyland StadtVoigts zu Zwickau / Eheleibliche Tochter.

Von dieſen Ihren geliebten Eltern iſt Sie bald nach der Leiblichen zur Geiſtlichen

Wiedergeburth befördert / dem Herrn Chriſto / als ein gläubiges Gliedmaß ſeiner Kirchen / in der Heil. Tauffe einverleibet / in die Zahl der außerwehlten Kinder Gottes auffgenommen / und mit dem Nahmen Maria Eliſabeth benennet worden.

Bey angehenden Jahren haben gemelte Ihre geliebte Eltern / von Kindesbeinen an / Sie mit beſondern Fleiß zu andächtigen Gebeth und wahrer Gottesfurcht / als einen Brunqvell aller anderen Tugenden / Chriſtlich gehalten und aufferzogen / in welchen Anleitungen Sie ſich auch iederzeit gehorſam und fleißig erwieſen / dadurch ſie denn in geſchicklichen Sitten und andern Jungfräulichen Wohlanſtehenden Tugenden dermaſſen erwachſen und zugenommen / daß ihre Eltern darüber ſich höchſt erfreuet und ſatſam vergnügt geweſen. Dieweil nun die ſelig Verſtorbene dadurch bey iederman ein herrliches Lob erlanget / und ſolches auch anderwerts erſchollen / wie denn die Tugend allenthalben hervor zu leuchten und ihr helles Liecht außzubreiten pflegt / und dieſes Herr Andreas Frauendorff / J. U. Doctorandus, nachmahls wohlbeſtalter Burgermeiſter und Stadt-Syndicus

zu

zu Naumburg / wahr genommen / hat derſelbe Ehliche Liebe und affection auff Sie gerichtet / ſolche auch durch Mittels-Perſonen Ihr und den Ihrigen zu erkennen gegeben / und iſt Sie auff vorhergehendes andächtiges Gebet mit Rath und Gut befinden dero Eltern / demſelben ehelich verſprochen / bald darauff auch am 19. Febr. 1667. nach vorgehender Prieſterlicher Einſegnung ehelich beygeleget worden / in welchem Eheſtande Sie durch Gottes Segen ein Töchterlein / Nahmens / Suſanna Dorothea / erzeuget / ſo iedoch wenig Wochen nach der Geburth hinwieder verſtorben / und alſo der ſeelig Verblichenen in der Sterbligkeit fürgegangen. Es hat aber auch dieſe mit ermelten Herrn Doctorand Frauendorffen / getroffene Ehe / länger nicht / als biß in das fünffte Jahr beſtanden / in dem derſelbe am 28. Novembr. Anno 1671. dieſe Welt geſegnet / und Sie dadurch in den betrübten Witbenſtand geſetzet / welchen Sie auch faſt gantzer ſieben Jahr in ſtiller Einſamkeit geführet / und die meiſte Zeit mit Gebeth und Leſung der H. Bibel zubracht ; Und ob ſie wohl unterſchiedliche / nicht geringe Gelegenheiten / ſich wiederumb zu verheyrathen / ge-

habt/ hat ſie doch dieſelben iederzeit mit einer ſonderlichen Beſcheidenheit decliniret/ und ſich nicht wohl zu einer anderen Verehelichung reſolviren wollen/ biß endlich der ietzo Hochbetrübte Witber/ Herr CASPARUS Ziegler/ weitberühmter JCtus, Prof. Publ. Churfürſtl. Sächſ. Appellation-Rath/ und der Juriſten Facultät allhier Ordinarius, ꝛc. Sie zu ſeiner künftigen Ehegattin auſerwehlet/ und ihr dißfalls ſeine Zuneigung entdecket/ worauff Sie fernerweit ihr Gebeth zu Gott gerichtet/ und mit abermaligen Rath/ Vorwiſſen und Genehmhaltung der geliebten Eltern ſich mit wohlgedachten Herrn Ordinario ehelich vermehlet/ und ſolches am 19. Auguſti Anno 1678. durch Prieſterliche Copulation vollnzogen. In ſolchen letzten Eheſtande/ der zwar eine wenige Zeit und nur drittehalb Jahr gewehret/ haben Sie beyderſeits eine recht friedliche und erwündſchte Ehe geführet/ in dem die ſeelig Verſtorbene Frau Appellation-Räthin ihrem Ehe-Herren hertzlich und treulich geliebet/ denſelben gebührend geehret/ mit Freundligkeit begegnet/ ſeiner mit aller Treu und Fleiß gepfleget/ ſtets vor Ihm geſorget/ und nie-

mahln

mahln mit einigen widrigen Wort oder Geberden erzürnet / Ihre weitläufftige Haußhaltung ſehr vernünfftig / weißlich / fürſichtig / und wohl gefaſſet / daß Er ſeiner ſchweren Ambts-Arbeit abwarten können und im Haußweſen / im geringſten keine Sorge / vor etwas tragen dürffen / wie Sie denn alles ordentlich / mit ſonderbahren Verſtand und Geſchickligkeit / Glimpff / und mit genauer Auffſicht ohne Verdruß verrichtet / und dahero billich eine Crone und Zierde des Hauſes genennet werden mögen / worüber der ietzo hochbetrübte Herr Wittwer / allenthalben groſſes Vergnügen empfunden / und in Anſehung / der treuen Pfleg- und Wartung / die Er ietzo am meiſten bedürfftig / dieſen allzuzeitigen Todesfall / umb ſo viel ſchmertzlicher beklaget und betrauert ; In ſolchen Chriſtlichen und Gott wohlgefälligen Eheſtande hat auch der Allerhöheſte / neben anderer reichlich verſpührten Milde und Gütigkeit einen Eheſegen verliehen / und Sie mit einer geſunden Tochter / Nahmens Johannen Reginen / erfreuet / welche ſo lange Gott will ! noch am Leben / zu deren guten Aufferziehung der gütige GOtt Gnade und Segen verleihen wolle.

Wiewohl nun die ſeelig Verſtorbene in dieſem kurtzgeführeten Eheſtande mit Ihrem Eheliebſten / nach Wunſch und Willen vergnügt gelebet / deßwegen Sie auch den vielgütigen Gott Hertzinniglich gedancket / hat es Ihr doch darneben an zuſtoſſenden Creutz und Unglück auch nicht ermangelt / Denn da hat Ihr der Allerhöchſte in abgewichenen Jahre / ein ſehr hartes erzeiget / indem Er nicht allein im Martio 1680. die Frau Mutter allhier / ſondern auch / wenig Wochen hernach / den Herrn Vater / zu Hamburg / dahin er angelegener Verrichtungen halber / ſich begeben / aus dieſem zeitlichen und vergänglichen Leben / zu ſich / in ſein ewiges Gnaden-Reich abgefodert / über welche unverhoffte / und kurtz hinter einander erfolgte Todes-Fälle / beyder Eltern / Sie Zeithero ſehr betrübt und bekümmert geweſen / und ihrer Geſundheit dadurch nicht wenig geſchadet.

Was derſelben Chriſtenthumb und geführten Chriſtlichen Wandel belanget / werden verhoffentlich die jenigen / ſo mit ihr umbgangen / ihr ein untadelhafftes Zeugnüs geben / daß Sie biß an ihr ſeliges Ende der

Got-

Gottesfurcht / ohne alle Heucheley / ergeben geweſen/ſich zum Gehör Göttliches Worts und Gebrauch der Hochheiligen Sacramenten fleißig eingefunden / ihren Nächſten mit Beſcheidenheit und Freundligkeit ehrerbiethig begegnet / denenſelben nachgegeben/auch nicht leicht iemanden ohne Rath und Hülffe von ſich gelaſſen. In ihrer Haußhaltung hat ſie ſich embſig und ſorgfältig erwieſen/ das Geſinde mit ſonderbahren Verſtande gubernirt / was GOTT beſchehret / mit Danckſagung angenommen / weder in Kleidung/noch ſonſten übermäßig ſich hervor gethan / jedoch darneben der Reinligkeit ſich befliſſen / und darvor gehalten / daß in einem erbaren und eingezogenen tugendhafften Leben / das gröſte Lob / eines Weibes beſtehe / auch nicht wohl leiden können / daß von einigen Menſchen gegen ſie übel geredet worden/ ſondern / ſo gut ſie gekunt / dergleichen ſich entzogen.

In Summa / Es hat Ihr hinterlaſſener Ehe-Herr/und kleines noch unerzogenes Töchterlein/durch dieſen frühzeitigen Todt/ eine treue Pflegerin / Verſorgerin / und eine erleuchtete Zierde des Hauſes verlohren.

So viel letzlich ihre Kranckheit betrifft/ ſo hat ſich in abgewichenen Jahre/bey eintretendem Winter / anfänglich ein übler Huſten mit einer Heißerkeit erreget / welcher/ bey der grimmigen Kälte / täglich überhand genommen/ weßwegen ſie Anfangs Herrn D. MICHAELEM SENNERTUM, Prof. Publ. und der Mediciniſchen Facultät Seniorem , ſolcher Leibesbeſchwerung halber conſuliret / als aber derſelbe / wegen eines unvermutheten Zufalls / ſelbſt Bettlägerig worden/ bey der Frau Appellation-Räthin auch die Kranckheit ſich weiter vermehret/ und nicht allein allbereit die Schwindſucht ſich mercken laſſen / ſondern auch zugleich febris putrida eingeſetzt geweſen / welche hecticam conjunctam gehabt/ hat ſie andere Hülffe ſuchen müſſen / und ſo wohl Herrn D. Abraham Birnbaum/Churfürſtl. Sächſ. Wohlbeſtalten Leib Medicum, als auch Herrn D. JEREMIAM LOSSIUM, Prof. Publ. allhier/ zu Rathe gezogen/ welche denn an Artzneyen und köſtlichen Stärckungen nichts ermangeln laſſen/ und alle hierzu dienliche Mittel häuffig adhibiret und verordnet. Es hat aber ſolche Leibes-Beſchwerung doch nicht können curirt

und

und gehoben werden / in dem endlich die Hitze ſo ſehr überhand genommen / daß die Kräffte ſich mehr und mehr verlohren / hingegen allerhand Zufälle / als Diarrhæa und Convulſiones ſich ereignet / die dann nichts anders / als das tödliche Ableiben nach ſich ziehen können.

In dieſer ihrer langwierigen und ſehr beſchwerlichen Kranckheit hat Sie ſich dermaſſen Chriſtlich und geduldig erwieſen / daß man Augenſcheinlich ſpühren können / wie der Heilige Geiſt / und die Krafft Gottes / in Ihr gewürcket habe. Denn da Sie am Freytage vor vier Wochen / war der 18. Februar. plötzlich einen Zufall von einer Ohnmacht an ſich gemercket / hat Sie alſobald mit vielen Wiederhohlen nach ihren Herrn BeichtVater / Herrn M. FABRICIUM zuſchicken inſtändig geruffen. Und als derſelbe erſchienen / und Sie ſich wiederumb in etwas erhohlet / ſich ſehr andächtig zur Genieſſung des Heil. Abendmahls bereitet / ihren Ehe-Herren alles / womit Sie Ihme zu wider gelebet haben möchte / deſſen er doch ſich im geringſten nichts erinnern können / mit Thränen abgebeten / zugleich auch Abſchied genommen / und darauff nach abge-

legter

legter demüthigen Beichte das H. Abendmahl zum kräfftigen Troſt ihrer Seelen ſehr andächtig genoſſen. Ob Sie nun wohl der grundgütige GOtt hernach noch länger auff dem Siechbette gelaſſen / und ſie täglich in gröſſere Schwachheit geſetzet / iſt Sie doch darüber nicht ungedultig worden / ſondern hat ſich in ſtiller Gelaſſenheit / und ſicheren Vertrauen auff ihren Heyland beſtändig erhalten / täglich im Glauben neue Begierde zur wahren Seligkeit empfunden / und ie mehr die Leibes-Kräffte ſich verlohren / ie mehr hat die Seele bey Ihr in der Andacht zu Gott zugenommen / und ſich die groſſe Beſchwerligkeit / die den Leib täglich mehr verzehret / daran nichts hindern laſſen. Geſtalt Sie denn vorgedachten ihren Herrn BeichtVater / der ſie fleißig beſucht / ſehr gerne bey ſich geſehen / Ihme gar andächtig nachgebetet / auch Gebete und Sprüche ſelbſt angefangen / und wenn Er weg geweſen / ſein tröſtliches Zureden höchlich gerühmet. Daher Sie auch Gelegenheit genommen / mit ihren Ehe-Herrn zum öfftern von der Liebe GOttes / und deſſen unermeßlichen Gnade / zu reden / und wie ſie GOtt zwar hart angriffe / zu klagen / ſich aber bald wie-

de-

derumb zu tröſten / und eintzig und allein deſſelben Willen ſich zu untergeben. Und mag dieſes zum Exempel dienen / daß Sie einsmahls in dieſe Worte heraus gebrochen: Lieber GOtt / wie hälteſt du ſo lange mit deiner ſchweren Hand über mir! Und nach deme ſie ſich ein wenig beſonnen / hat ſie fortgefahren: Gott verſucht mich / ob ich wolle getreu bleiben. Nun ich wil durch ſeinen Beyſtand getreu bleiben / und die Krohne des Lebens davon tragen. Dergleichen viel andere denckwürdige Reden mehr angeführet werden könten / wenn es alhier nöthig were / und nicht die jenigen / ſo Ihr in ihrer Kranckheit rühmlich beygeſtanden / gnugſam davon bezeugen könten. Und in ſolcher Beſtändigkeit iſt Sie biß an Ihr Ende geblieben / in dem ihr allerletztes Wort gar vernehmlich der Nahme / JEſus / geweſen / mit welchen Sie am vergangenen 18. dieſes Monats Martii Abends umb 5. Uhr bey vielen ſchwehren convulſionibus ihr Leben recht Chriſtlich und ſelig beſchloſſen ihres Alters 34. Jahr weniger 12. Tage.

RECTOR

Sermo ad Exeqviatores.

*RECTOR MAGNIFICE,*

*Præfecte hujus Caſtri maximè Strenue,*

*Generoſiſſime Baro,*

*VIRI Plurimùm Reverendi, Nobiliſſimi, Ampliſſimi, Conſultiſſimi, Experientiſſimi, Excellentiſſimi, Prudentiſſimi, Præcellentes, Clariſſimi,*

*PATRONI atq; FAUTORES obſervantiſſimè colendi,*

nec non,

*Virgines, Matronæq; florentiſſimæ, &c.*

HAud exiguum Veri ſtudium præ ſe ferunt, qvi ſapientem Virum adverſis rebus perturbari oportere negant. Qvô

Qvô enim pactô, ajunt fieri poteſt, ut non ſui ſemper ſit ſimilis, aut ut ejus animo accidat aliqvid novi, qvi nullo non tempore meditatur ſecum, qvemadmodum adverſam ærumnam, cùm advenerit, ferat, qvi qvotidiè cogitat aut filii morbum, aut uxoris mortem aut fortunarum jacturam, qvi nihil extimeſcit, omnia humana deſpicit, nihilqve qvod homini evenire poſſit, intolerandum putat. Aſt ſi penitiùs introſpexeris, vitrea fracta, ut ille ait, & ſomniorum interpretamenta loqvuntur, eam certè jactant ſapientiam, qvam mortalium nemo hactenùs eſt conſecutus. Facile erat Zenoni in porticu pugnaciſſimè defendere, divitias eſſe indifferentes; at cùm Antigoni juſſu, experimentum Philoſophicæ conſtantiæ capturi, falsò nuntiatum eſſet, prædia ejus ab hoſtibus eſſe direpta, vultu ſuo in pallidam ac torvam formam commutato, falſa eſſe, qvæ docuerat, teſtatus eſt. Facile erat Epicteto, cùm uno die mulierculam ob ollam fractam plorantem cerneret, poſtero autem aliam filium mortuum lamentantem videret; dicere: Nihil novi accidit;

Heri vidi rem fragilem frangi, hodiè mortalem mori. Qvod ſi in filii ſui funere eadem pari mentis tranqvillitate dicere in animum inducere potuiſſet, tùm verò lapidum eum an hominum numero habendum putarem, hærerem ambiguus. Neqve enim ſilice natus homo eſt, ſed eſt naturale qviddam in animis tenerum atqve molle, qvod ægritudine qvaſi tempeſtate qvatitur. Haud paullò rectiùs ſenſit Antoninus Pius, qvi, cùm Marcus Antonius Gener Educatorem ſuum mortuum defleret, avocareturqve ab Aulicis à luctu, dixit: Permittite illi, ut homo ſit. Non enim Eruditio aut imperium tollit affectus. Sed qvid opus eſt, multis diſqvirere, an dolendum Viro ſapienti ſit; Nonne Vobis ZIEGLERUS videtur ſapiens? annuitis omnes. Atqvi dolet. Doles enim profectò Mœſtiſſimè VIR, & qvidem vehementer doles; habeoqve pro explorato, ſi pectus Tuum recluderetur, non minùs illic Cor ſangvine manans, qvàm oculos lacrymis oppletos conſpici poſſe. Scipio Amiratus, ſingulari acumine Italus, cùm intelligi vellet, qvantum morte Amici movere-

veretur, ſerpentem in duas diviſum partes pingi curavit, & hæc adſcribi verba: NEC MORS, NEC VITA RELICTA EST. Tuum is, in qvô nunc es, Vir Magnifice, expresſit ſtatum. Qvum oculos, vultum, totumqve Corporis habitum conſidero, ita dolorem omnes pervaſiſſe partes animadverto, ut qvônam modô ſis affectus, ipſe Tibi neſcire videaris. Nunqvam autem dolor juſtiùs excuſatur, qvàm, cùm dolendi cauſſa juſta eſt, qvæ hîc certè eſt juſtisſima. Extulit enim afflictisſimus VIR Uxorem, qvæ adeò omnes numeros perfectæ Matronæ impleverat, ut non tàm feminæ, qvàm Virtutibus, qvæ muliebrem Sexum decent, funus paraſſe exiſtimari debeat. Ut nihil nunc de majeſtate corporis, ac venuſtate Oris & Vocis, qvæ plurimùm eam commendabant, dicam, pietate in Deum tantâ fuit, ut non aliam præmaturi hujus Obitûs cauſſam potiorem fuiſſe putem. Deus qvippe ſecum reputans, qvidnam ei pro tàm ardenti in ſe cultu perſolveret, nullum præmium invenit majus, qvàm tempeſtivam mortem; non paſſurus alioqvin, ut femina,

in exemplum omnibus nata, tàm citò exemplo ſuo prælucere deſineret. Jam qvantam illa reverentiam, qvantam fidem, qvantam caſtitatem Marito præſtitit, cum qvô ſine jurgio, ſine offenſa vixit, qvamdiu cum eô vixit. Omitto ſvaviſſimos complexûs, jucundiſſimos ſermones, ex gratiarum pleno ore fuſos, qvibus tempeſtivè ſolebat occupationes, qveis tantum non qvotidiè opprimitur ſummus VIR, interpellare. Nam qvæ in iis fuerit dulcedo, qvæ voluptas, ſolus Tibi dicere potes, Mœſtiſſime VIR, ſolus enim potitus es. Illud palàm eſt, ſolâ Mariti amantiſſimi recordatione exorari potuiſſe, ut etiamnum vivere vellet, cùm alioqvin avidiſſimè cœleſti ſuæ origini repeti cuperet. Opportunè in mentem venit Arria, Pæti uxor, qvæ, cùm ferrum è pectore ſuo extractum Marito porrigeret, non dolet, inqvit, vulnus, qvod ego feci, ſed, qvod Tu facies. Veſtræ memoriæ fidem appello, qvæ freqventes ægræ aſſediſtis, qvoties vobis dixit, ſe neutiqvam formidare vulnus,

qvod

qvod ſibi mors inflictura ſit, ſed qvod ſuâ morte accepturus ſit Maritus, id verò animum ſuum vehementer excruciare. Præter hæc, qvàm frugi matremfamiliâs ſe geſſit, qvantâ ſollicitudine domeſtica munia obiit, qvàm prudenter, qvàm frugaliter adminiſtravit rem familiarem, ſic tamen, ut nemo unqvam miſer ejus in ſe benignitatem claudi ſenſerit. Alia prætereo ſciens, ne parùm dignè de ſanctiſſimâ femina prædicando laudibus ejus detraxiſſe videar, de qvâ nunqvam ita magnificè qvicqvam dici poteſt, qvin id ejus ſuperent Virtutes. Atqve hæc tot rara tot ſumma ornamenta jacent! O triſtem & acerbum caſum! O graviſſima luctûs argumenta! ô uberrimam lacrymarum materiam. Qvis tantum ſibi ſumat, ut hinc orto dolori paria remedia invenire ſe poſſe exiſtimet? Tanto vulneri peculiaria planè ac ſelecta adhibenda fomenta ſunt, non illa: Nihil Beatæ accidiſſe mali; vixiſſe, ut moreretur, mortuam eſſe, ut viveret; commutaſſe afflictiſſimam valetudinem, incredibiles crucia-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0185-4

tûs, & indigniſſima, qvæ patiebatur tormenta, cum vota hominum ſuperantibus gaudiis; Non illud ſatis eſt, qvod ſolatiorum maximum inter ſapientes Princeps vocat, idem ante TE alios paſſos eſſe, idem poſt TE alios paſſuros. Vulgata hæc ſunt nimis, & ſponte ſuccurrunt. Opus eſt maximis, inuſitatis, inauditis. Ad hanc tot præſtantiſſimarum rerum jacturam, qvæ unô hoc funere occubuerunt, ut par eſt, ferendam non minore, fateor, qvàm ZIEGLERIANO opus eſt animo. Qvanqvam etiam ſic omnes Tibi opes, Magnifice VIR, excutiendæ ſunt, qvas toto vitæ retrò tempore collegiſti. Hîc qvicqvid Philoſophia habet ſolidi, promendum eſt, hîc divinæ humanæqve artes ſuam expediant penum oportet. Sed qvid ago? Einè ego præcipere audeo, qvi ſapientiæ præceptis abundat? Aliis vitæ regulas præſcripſit Seneca, Senecæ nemo, & ZIEGLERUM, niſi ZIEGLERUS, conſolari nemo poteſt. Scio, ſed ignoſce qvæſo, ſi pro ſalute Tuâ ſollicitus, fines decori

præ-

prætergreſſus ſum. Omnes, qvos hîc adeſſe magno numerô vides, ſciunt, qvantâ animi magnitudine utramqve fortunam ferre ſoleas, iidem tamen, pro TE ſuſpenſi, ut Tibi ſubjiciam, innuunt; memineris, Bona malaqve Tua non ad TE unum, ſed partim ad Principem, partim ad Patriam, partim ad Academiam, ad Amicos, ad Filiolam relictam, ad Propinqvos pertinere: in qvos omnes peccabis, ſi mœrori nimiùm indulgendo, anteqvam fata poſcant, Spiritum effundere properaveris. Hinc rogant, ut TIBI parcas, neve ægriùs hunc caſum feras, qvàm PROUT RELIGIO SUGGERIT. Atqve, ita laturum Magnificum VIRUM, ut benè ſperare poſſitis E. O. O. H. vel ex eô capite argumentum, cujus cauſsâ huc prodire juſſus ſum. Agnoſcit nempè Mœſtiſſimus Viduus, utut in ſummo luctu conſtitutus, Veſtrum in ſuo dolore levando ſtudium, ac pro eô per me interpretem gratias Vobis agit habetqve ingentes. Non eſt neceſſe, ut addam, operam daturum,

qvò referre poſſit. Omnes pernoſtis probè, eam eſſe VIRI Humanitatem, ut nunqvam accipiat beneficium, qvin id auctiùs cumulatiusqve reddere, omni contentione nitatur.

# DIXIT

L. Georgius Michael Heber.

ÆTER-

ÆTERNITATI. S.

# MARIÆ. ELISABE-
# THÆ. KLAU-
# BARTIÆ.

FOEMINÆ. FORMA.
ET. VIRTUTIBUS.
EXCELLENTI.

IN. MEDIO. ÆTATIS. CURSU.
MAGNA. CUM. REI. FAMILIARIS.
JACTURA.
BONORUM. OMNIUM.
CUM. LUCTU.
HUMANIS. EXEMPTÆ.
ANIMÆ. SUÆ. DIMIDIO.
FORTUNARUM. OMNIUM.
SOCIÆ.

CASPAR. ZIEGLERUS.
JCTUS.

SUPREMUM. HOC.
CONJUGALIS. FIDEI.
ET. AMORIS. MUNUS.

QVOD

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0189-0

QVOD. SIBI. AB. ILLA. FIERI.
DESIDERAVERAT.
SECUNDUM. NATURÆ. LEGEM.
OPORTUERAT.
MULTIS. CUM. LACRYMIS.
CONTRA. VOTUM. PERSOLVIT.
ET. IN. RELICTA. SIBI. FILIOLA.
UNICA.
UNICO. TENERRIMI. AMORIS.
PIGNORE.
TACITUS. SECUM. VIRTUTES.
RECOLIT.
MATERNAS.

B. ANN. XXXIV. EX. IIS. V.
CUM. ANDREA. FRAU-
ENDORFIO. COS.
NUMBURG.
CUM. ZIEGLERO.
ANN. II. CUM. DIMID.
⊙. ANN. REPARAT. SALUT. M. DC.
XXCI. D. XIIX. MART.
CUM. CHRISTO. ÆTERNUM.
VICTURA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0190-5

# IN OBITUM
# ANNÆ
# ZIEGLERIÆ,
## VIRGINIS PUDI-
## CISSIMÆ,
## SORORIS DILE-
## CTISSIMÆ.

*Deceſsit* ERFFURTI,
*Anno* cIↄ Iↄc LX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0191-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0192-6

INter omnes honeſti amoris ſpecies, qvas qvidem ego, niſi fallor, expertus ſum pleraſqve, præter eam, qvæ parentibus propria eſt, nulla mihi videtur propenſior, & effuſa atqve flagrans magis, qvàm qvæ fratrum eſt & ſororum. Fratrum, inqvam, & ſororum, non fratrum inter ſe, neqve ſororum inter ſe, ſive qvòd hîc etiam ex primigeniâ combinatione manſerit inclinatio ad ſexum, ſive qvod animi illicò poſt nativitatem occultis qvibusdam & latentibus innectantur, atqve implicentur vinculis nec morte qvidem ſolvendis. Fratrum inter ſe odia qvàm incitata & gravia ſint, Thebarum adhuc loqvuntur rudera; ſed nec geminos qvidem unum capere regnum, qvos unum uteri ceperat hoſpitium, Roma teſtis eſſe poteſt. Neqve dubitabit eâ de re qvisqvam, ſi qvotidiana cogitemus exempla, qvibus fora etiamnum fatigan-

tigantur qvandoqve, & ipſæ deniqve carnificum manus. Longè alia eſt ſororum in fratres voluntas, alius affectus, mens alia, qvarum aliqvæ tàm inſigniter fratrum ſuorum amore flagrarunt, ut ipſis etiam liberis ſuis eos anteferre non dubitaverint. Intaphernis Uxor, datâ à Dario optione, ſuperſtitem ſibi maluit fratrem qvàm conjugem ac gnatos, reſponditqve Dario admiranti, maritus mihi alius, aliiqve liberi ſi hos amiſero eſſe poſſunt: alius frater, parentibus jam vitâ functis, nullâ ratione eſſe poteſt. Nec aliter Antigona: marito mortuo alius eſſet & alius gnatus ſi hunc amitterem; Sed matre & patre ſepultis non poteſt iterum naſci frater. Teſtor fidem tuam, Soror beatiſſima, qvàm mirificè tu me dilexeris ſemper, qvantâqve charitate proſecuta fueris etiam nolentem & repugnantem. Nihil tibi accidere poterat ex rebus adverſis tàm aſperum, qvod impedire potuiſſet, qvo minùs mei curam haberes, tuamqve in me verteres totam animi vim atqve contentionem. Satis tu tibi proſpectum putabas, ſalvum me ſi videre poteras, etſi maximis gra-

viſſi-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0194-8

viſſimisqve vitæ incommodis tibi conflictandum eſſet. Si dignitas aliqva mihi qvantulacunqve contigerat, tibi eam contigiſſe putabas, majusqve inde gaudium capiebas, qvàm ipſemet mihi per eam prognatum exiſtimabam. E contrario triſtia tibi viſa fuerunt omnia, & tu ipſa conſternata prorſus atq; confuſa planè incedebas, ſi qvando turbatæ fuerāt res meæ, vel intentioni non reſpondiſſet eventus. Perpetua inter nos erat conſiliorum & voluntatum ſocietas, eadem ſemper in omnibus conformitas & conſenſus, ſive qvòd eadem fuerit utriqve ſortium urna, ſive qvòd cedere te mihi ut ætate majori, debere exiſtimares. Et ego te qvidem qvanto viciſſim amore proſecutus fuerim, ex te ipsâ cognitum habes. Dolebam conditionem tuam oppidò duram: Dolebam inextricabilem fatorum vim, qvæ veluti teſſeras evertebat omne tuum placendi ſtudium, & inter virtutes tuas nullam aliam emergere patiebatur, præter patientiam, & animi fortitudinem. His verò ita eminebas, ut exemplum dares, qvâ ratione tolerari poſſit cum animi tranqvillitate

iniqviſſima conditio vitæ. Ego verò, qvod facerem, non habui qvicqvam, niſi qvod ingemiſcere malis tuis licuerit, tacitè tamen plerumqve, ne frangeretur in te conceptum animi robur. Hæc erat palæſtra noſtra, qvoad unà viximus, ferè unica, qvâ qvotidiè exercebamur, qvæve domeſticarum ſollicitudinum aculeos omnes & ſcrupulos occultare qvidem faciebat, ſed animos tamen propterea arctiùs conglutinabat ſubinde, & amori noſtro novas perpetuò admovebat flammas. Et in his ærumnis tu totum vitæ tempus conſumpſiſti, qvæ per calamitates publicas haud paulò auctiores qvandoqve reddebantur, eæqve conjunctim faciebant, ut extra te qvaſi poſita nec ingenio tuo frui commodè, nec virtutes tuas exſerere promptè poſſes. Non errabo, ſi & ipſas plerasqve tecum captivas, & in triſti carcere detentas fuiſſe dixero.

Nunc verò frueris te tandem aliqvando, Soror optima, qvæqve tibi multiplici ratione erepta fuiſti hactenus, tota nunc temetipſa intras, teqve totam tota una & ſola poſſides. Egregium verò tibi

bi poſſesſionis titulum, qvo te occupas, qvove tuam tibi nunc aſſeris libertatem. Æternitatis heredem te fecit, & nunc ad erctum ciendum vocat, qvem unicè in vitâ obſervaſti, Salvator tuus. In hâc hereditate plenisſimam nancisceris libertatem, cujus deſiderio exarſiſti jam inde â primis tuæ nativitatis annis. Nempe in carcerem conjicimur, qvoties extra nos vagamur, &, ſive anxietati in rebus adverſis, ſive in ſecundis voluptati indulgeamus, certa res eſt, captivos nos duci, & dominos nobis non qværere tantùm, ſed & facere. Hæ ſunt iſtæ compedes, qvæ hominem in ſtadio virtutis currentem impediunt, qvæqve ita nonnunqvam in partes diſtrahunt, ut ubi eſſe debeant, non ſit, & ubi eſſe velit, neſciat. Talis verò extra ſe vivit, & circulatoris inſtar ſuos obambulat ſenſus, præceps in vitia, præceps in pericula, peregrinus ſibi ipſi, & parùm felix ſui ipſius largitor. Ac voluptaria qvidem, mollis aut delicata diſciplina tibi nulla omninò fuit, tantum abeſt, ut vetitæ alicujus voluptatis notitiam te habuiſſe credam. Unica & ſola animi tui relaxatio, qvando te jucun-

ditati dare volebas, in hymnis & canticis ſacris conſiſtebat, atqve illis præcipuè, qvibus æternitatis ideam deſcribere poteras. In his verò qvando occupata non eras, nec eſſe enim poteras ſatis commodè, niſi cùm tibi relicta eſſes, reliqva vita omnis in ærumnas inclinabat, & gravatum animi anxietate corpus ſentiebas, qvâ ut exonerareris, corpus ipſum abjicere qvotidiè ſtudebas. Et nunc contigit tandem aliqvando, ut qvæ voti ſumma penes te fuit, ſcenæ hujus pertæſa in piorum omnium beatas ſedes, qvaſi in domicilium tuum translata ſis, nullo dolore nec impediente ampliùs gaudia tua, nec impendente porrò. Nos qvi ſuperſtites ſumus, adhuc miſeri cum vitiis bella gerimus; & perpetuò cum aliqvâ calamitate ærumnâqve committimur, expectantes, donec ipſi etiam in eundem amplitudinis locum, ubi ipſe DEUS ex Deo inacceſſibili circumfuſus luce præfulget, concedamus. Ego interim incredibili voluptate perfundor, cùm te, Soror dilectisſima, eatenùs dignitate atqve excellentiâ progreſſam videam, ut univerſa gloriæ inſignia, qvantacunqve in his ter-

ris

ris acqvirere potuiſſes, & ipſa tota imperia deſpicias prorſus atqve contemnas. Non te tempeſtas amplius concutit, qvæ ſupra capita noſtra imminet, non mergit naufragium, qvod publicè timetur. Supra diſcrimina omnia & caſus poſita es, atqve in eum deducta locum, ubi nulla bella, nullæ clades uſpiam turbant, ſed æterna & inconcuſſa felicitas omnes ambit. Salve, Virgo ſanctiſſima, amica amataqve mihi anima atqve æternùm vale, & me, qvandocunqve me fatum meum oppreſſerit, fratrem tuum valdè amatum olim expecta. Interim verò tua

Nos tecta fovebimus oſſa
Violis, & fronde freqventi,
Titulumqve & frigida ſaxa
Liqvido ſpargemus odore.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0199-9

# RECTOR
## STUDII UNIVERSALIS IN ALMA ET PERVETUSTA GERANA

# M. JOHANNES LAMBERTUS WINTER,

*EMINENTISSIMI AC REVERENDISSIMI*

# ARCHIPRÆSULIS ET PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI, &c.

*Domini noſtri Clementiſſimi*

## PROCANCELLARIUS,

Collegiat. Eccleſiarum S. Crucis Northuſii, & B. Mariæ Virgin. hîc Erfurti reſpectivè Præpoſitus, Scholaſticus & Senior,

***Civibus Academicis Salutem & Pacem, ab uno ſalutis fonte, Paciſq; Principe perennem.***

Ita

ITa ſanè eſt! ACADEMICI FLORENTISSIMI, Vitæ curſum cum fletu inchoamus, cum ſudore continuamus, langvore abſolvimus. Qvippe ut plurimum in infantiâ noſtrâ eſt ſtolida ſimplicitas, in adoleſcentiâ ſpecioſa vanitas, in ætate virili moleſta anxietas, in ſenectute ægra importunitas, ubiq; ingens defatigatio & ſatietas. Non tamen illicò applauſum meretur Silenus, qvi optimum homini eſſe dixit non naſci: proximum citò mori. Neq; enim infeliciſsima mors, qvæ eſt ſerior, aut feliciſsima, qvæ maturior: ſed ea demum mors homini optanda eſt maximè, qvæ bona eſt. Talis autem illius eſt, qvi benè vixit, non qvi brevi temporis articulo. Vitam benè actam illa Mors ſeqvitur, qvæ bona dici poteſt propter qvietem, melior propter novitatem, optima propter ſecuritatem. Studeat proinde à teneris benè vivere, qvi olim benè mori expetit. Hoc vel maximè curæ fuit Virgini qvondam Nobili, Lectiſsimæ ac Pudiciſſimæ ANNÆ ZIEGLERIN / qvæ ab hinc 14. diebus, clementiſsimo divinæ Majeſtatis

 nutu,

nutu, ex hujus mundi miſeriis diſceſſit. Sive enim ejus vitæ ſtatum proſperum, ſive morbidum ſpectemus, ubiqve pietatis radii, ubiqve virtutum decor emicat. Tanti ſcilicet refert, ex parentibus generoſis vitæq; integris eſſe progenitum. Patrem enim nacta eſt Virum Nobiliſſ. Ampliſſ. Conſultiſſ. & Excellentiſſ. Dn. D. CASPARUM ZIEGLERUM, JCtum Celeberrimum, Scabinatûs Electoralis apud Lipſienſes Aſſeſſorem, ut & Reip. Oppidanæ ProConſulem meritisſimum : Matrem item probatiſſimæ pudicitiæ famæqve Fœminam, ANNAM WALTHERIN / Viri, dum vivebat, integerrimi & honeſtisſimi, DN. JOHANNES KüRSTENII, Civis ibidem Primarii relictam viduam. Ab his infantiæ teneritudo, ab his ſeqvior ætas ad ſaluberrima qvæqve qvàm ſtudioſiſſimè eſt formata. Nec res ceſſit infeliciter ac contra ſpem, ut fit ſæpè. Cùm enim ingenio eſſet ſolertiſſimo pariterqve tractabili ac ſeqvaci, facilè locum invenit optima informatio. Siqvidem & in viſitando templo promtitudinem, & in auſcultandis concionibus ardorem, & in edendâ admiſſorum Confes-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0202-8

feſſione ſinceritatem, & in S. S. Cœnæ fruitione devotionem, & in colendis parentibus (etiam ubi Venerandus Dn. ejus Parens ſecundum matrimonium cum SOPHIA ROTHEUPTIA, Fœminâ qvà pietate, qvà virtutum muliebrium decore exornatisſimâ, Dn. MATTHIÆ GROSSII, J. U. D. & Practici nominatisſimi viduâ contraxiſſet) debitam obſervantiam, & in diligendis proximis, ac præſertim Fratre Nobiliſſ. Conſultiſſ. & Excellentiſſ. DN. CASPARE ZIEGLERO, Philoſophiæ & J. U. D. ac P.P. Judicii Curialis, Scabinatûs & Facultatis Juridicæ apud Wittebergenſes Aſſeſſore dignisſimo, candorem præ ſe tulit ſingularem. Digna proinde, qvæ perpetim in exemplum viveret. At ô inſtabiles humanarũ rerum vices! O triſte & ineluctabile fatum! Conteſtatura ſuum affectum Lipſiâ commigrabat Erfordiam ad neptis ſuæ ex ſorore Viri Nobilisſimi, Ampliſſimi, Conſultisſimi & Excellentiſſimi DN. D. BENJAMINIS SCHüTZII, Juridicæ Facultatis in Academiâ noſtrâ Decani & Senioris Spectatiſſimi, hujatis Reip. Pro-

Conſulis & Syndici longè meritiſſimi ac digniſſimi, Filiæ natu majoris feſtivitatem nuptialem die VIII. Novembr. A. M. DC. LIX. ſolenniter celebrandam, eiqve per triduum hilaritatis plurima cum reliqvo ſplendidiſſimorum Convivarum Comitio interfuit. At ecce! horam gaudii mox excipit hora luctûs. Infeſtat enim infrigidatus ventriculus, langvet epar: hinc capitis dolores, hinc inſomnia, hinc cibi faſtidium, hinc pectoris anguſtia cum cruris tumore. Applicata ſunt remedia haud vulgaria à Viro Nobil. & experientiſſ. Dn. PAULO Fuch/ Practicô Celeberr. qvibus ſi in Medico fuiſſet, ut relevaretur morbo, reſtitui omninò videbatur poſſe. Verùm habere cœpit deteriùs, & licet aliqvando ſpes affulgeret recipiendæ ſanitatis, tandem pro his terrenis ad cœleſtes nuptias JESULI ſui, qvem obviis fidei ulnis amplectebatur ſemper, commigrabat, cùm priùs non tantùm â domeſticis, ſed & à Plurimũ Rever. Clariſſ. & Doctiſſ. DN. M. JEREMIA ALBERTI, Paſtore Prædicatorum vigilantiſſ. ac meritiſſ. fuiſſet erecta. Di-

es

es exceſsûs ei contigit XI. hujus menſis, hora V. veſpertina, cum ætatis ſuæ annos XXXIV. menſes IX. & dies X. expleviſſet. O qvàm benè jam conſultum illi! Vivit enim in lætiſſimis locis, ubi non invidetur fortunatis, non inſultatur miſeris: ubi non iracundos reddit curioſitas, non verboſos vanitas, non injurioſos malignitas: ubi vita immortalis, lætitia ineffabilis, ſocietas delectabilis. Qvò ſi & nos aſpiramus, hujus fidem in Salvatorem, conſtantiam, patientiam, ſpem, humilitatem, & qvicqvid eſt reliqvarum virtutum, imitemur gnaviter. Sic ſi ſocii erimus pietatis, participes inveniemur ejus in cœlo ſortis.

Cum autem beatè defunctæ exuviis hodierna lux indixerit pompam funebrem, qvod illa ſibi jure poſcit â vobis, ACADEM. officium humanitatis, agite ſupremos, dum funus poſt hor. II. pomerid. ex ædibus præfati Dn. D. SCHüTZII, affinis ejus, &c. procedit, declarate honores tempeſtivâ & conglomeratâ præſentiâ. Qvod ipſum cùm multis nomini-

minibus prælaudatus Vir à Vobis meruerit, in futurum eum etiam ad grata humanitatis ſtudia & favores eximios invenietis facillimum. Valete interim & mortalitatis veſtræ memores vivite. P. P. Erffurd. ſub Sigillo Rectoratûs, die Mart. VII. / Februar. XXVI. Anno inſtauratæ Salutis M. DC. LX.

1660

Be-

## Bericht.

**D**Aſ iſt die Erbahre/ Viel Ehr und Tugendreiche Jungfer Anna Zieglerin/ in der berühmten Stadt Leipzig Anno 1625. am 10. Maji Abends drey Viertel auff ſieben Uhr von Chriſtlichen/ frommen/und Gottliebenden vornehmen Eltern/ auff dieſe Welt gebohren worden.

Ihr Herr Vater iſt geweſen/ der Edle/ Veſte/ Hochgelahrte und Hochweiſe/ Herr CASPARUS Ziegler/ der Rechten Doctor, des Churfl. Sächſ. Schöppen-Stuels zu Leipzig Aſſeſſor, und Pro-Conſul daſelbſt: Die Frau Mutter/ Die Erbare/ und Viel Ehr und Tugendſame Frau Anna/ gebohrne Walterin. Von dieſen ihren lieben Eltern iſt Sie bald nach ihrer Geburth zur heiligen Tauffe befördert/ und in das Buch der Kinder GOttes eingetragen / nachmahls auch / alß

ſich

ſich nebenſt der Sprache/der Verſtand in etwas hervorgethan/fleißig zur Schule gehalten worden/da ſie ſich denn dergeſtalt wohl angelaſſen/daß ſie nicht allein in kurtzer Zeit fertig leſen und ſchreiben gelernet/ſondern auch in der Gottesfurcht/und anderen/den Jungfrauen wohl anſtehenden Tugenden/von Tage zu Tage mercklich zugenommen. In dem Sie aber in voller Blüte/und dem beſten Wachsthumb ihres Chriſtlichen Lebens geſtanden/iſt ihre vornehmſte Zuchtmeiſterin/ihre ſeelige Mutter/von dieſer Welt abgefordert/und allzuzeitlich von ihr geriſſen worden. Welches denn anders nichts/als eine groſſe Veränderung nach ſich ziehen können/und abſonderlich dieſer ihrer Tochter/bey ihrer zunehmenden Jugend ſehr ſchmertzlich und ſchädlich geweſen. Nichts deſto weniger/hat die ſelige Jungfer aus einer guten Art ſich ſelbſten gezogen/was ſie an andern Ruhmwürdig geſehen/nachgethan/zuförderſt aber der Gottesfurcht ſich befliſſen/die Kirchen fleißig beſucht/das Hochwürdige Abendmahl mit einer hertzlichen und inbrünſtigen Andacht genoſſen/die heilige Schrifft Ihr nach und nach ziemlich be-

bekant gemacht / auch an nichts / als an geiſtlichen Liedern ſich ergetzen können / dadurch ſie denn alles das jenige / was Ihr eintzige Bekümmernüs zufügen mögen / in Krafft des Heiligen Geiſtes mit einem ſtandhafftigen Gemüthe leichtlich überwunden / und in dieſer Zeitligkeit ihr ewiges Leben zu iedermanns Verwunderung in feſter Zuverſicht zu GOtt zeitlich angefangen. Von ihrer ſchönen und künſtlichen Arbeit / die ſie in nehen / ſticken und würcken / ie zuweilen ſehen laſſen / und darmit Sie ſich ſonderlich vor andern ihres gleichen hervor gethan / iſt nicht nöthig / daß anietzo viel Rühmens gemacht werde / weil Sie ſolches ſelbſt vor Eitelkeit gehalten / und dieſe ihre Wiſſenſchafft weiter nicht / als ihre Geſchickligkeit / mit welcher Sie von Gott begabet worden / zu erweiſen angewendet / geſtalt denn dieſes zu ihren unlaugbaren Ruhm nachgeredet werden muß / daß ſie / was Ihr von ſolcher künſtlichen Arbeit vorgekommen / von ſich ſelbſt / ohne Lehr-Meiſter / nachgemacht / und gar leichtlich / alles begreiffen können. Ihren Eltern hat Sie alle Kindliche Liebe / Ehre / Dienſt und Gehorſam biß in dero Todt beſtändig erwieſen / was dieſelben von ihr erfordert / ohne



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0209-1

Wiederſprechen außgerichtet / und in deren Perſonen GOtt ſelbſt geehret. Darneben hat Sie ihren Bruder / Herrn D. CASPARUM Zieglern / ietzo Profeſſorem Juris zu Wittenberg / hertzlich geliebet / Freude und Leid mit Ihm getheilet / und Ihn ſtets vor ihren allerliebſten Freund auff dieſer Welt gehalten. Welcher denn hinwiederumb Ihr mit Brůderlicher Liebe / treulich beygeſtanden / was Ihr wiederwertiges begegnet / gleicher Geſtalt ſchmertzlich empfunden / und vor ietzo deſto mehr bekümmert iſt / weil bey dieſer ihrer Beerdigung / er wegen allerhand Verhinderungen / wie gern er gewollt / nicht Perſönlich erſcheinen / noch die darinnen beſtehende letzte Ehre / erweiſen können. Auſſer dieſen hat die Selig Verſtorbene wenig Bekantſchafft gehabt / iedoch / mit wem Sie umbgangen / es auffrichtig und redlich gemeynet / von welchen ihre damahlige Nachbarin / eine in Leipzig noch lebende erbare Frau / ein rühmliches Zeugniß ablegen kan. Auff der Gaſſen hat Sie weiter nicht / als wenn Sie in die Kirche / und von dar wieder nach Hauſe gegangen / ſich ſehen laſſen / zu Hauſe aber Ihr gröſtes Vergnügen bey ihrer Einſam-

keit

keit an dem Worte GOttes gehabt/ wie ſie denn/ wenn ſie alleine geweſen/ bey ihrer Arbeit ohne Unterlaß geiſtliche Lieder geſungen/ und ihre Seele dadurch zu GOtt geführet/ mit Willen niemand beleidiget/ ihren Nechſten geliebet/ demſelben nach Mögligkeit beygeſtanden/ Verleumbdungen/ und übelen Nachreden/ hertzlich feind geweſen/ und allenthalben auff dieſer Welt einen guten Kampff gekämpffet.

So viel Ihre Kranckheit und Abſchied aus dieſer Welt belanget/ ſo hat es darmit dieſe Gelegenheit. Alß der Edle/ Veſte/ Hochgelahrte und Hochweiſe Herr D. BENJAMIN Schütz/ berühmter JCtus, der Juriſten Facultät Decanus und Senior, wie auch E. E. Raths Syndicus und Schloß-Raths-Meiſter allhier/ und deſſen Eheliebſte/ die Erbare/ Ehren-Viel-Tugendſame Frau Maria Eliſabeth/ gebohrne Kürſtin/ als der ſelig Verſtorbenen HalbSchweſter von der Mutter/ ihre älteſte Tochter außzuſtatten geſonnen geweſen/ auch hierzu den 8. Novembr. verwichenen 1659. Jahrs angeſetzt/

und

und zu dieſer Hochzeit-Freude die ſelig Verſtorbene / ſchrifftlich eingeladen gehabt / hat dieſelbe weil die beyden Schweſtern einander in vielen Jahren nicht geſehen / bey dieſer Hochzeit ſich einzuſtellen reſolvirt, darauff auch über Jehna / wiewohl mit groſſer Beſchwehrung / anhero gereiſet / und bey der Hochzeit / ſo wohl auch hernach / ſich gar frölich / und vergnügt erwieſen. Gleich wie Sie aber ſchon vor langer Zeit ziemliche Beſchwehrung von allerhand catharris, und ſonderlich vom Hauptwehe gehabt: Alſo haben ſich dergleichen auch allhier nach wenig Tagen erreget / welches Sie zwar anfänglich nicht viel geachtet / und vermeynet / es würde ſich ſolches wohl wiederumb der Gewohnheit nach / verliehren. Nach dem ſich aber aller Appetit / und zugleich auch der Schlaff verlohren / und Sie darbey groſſe Hertzens Angſt empfunden / hat Sie geſchehen laſſen / daß der Edle / Veſte und Hochgelahrte Herr Paul Juch / berühmter Medicinæ Practicus allhier / zu Rathe gezogen worden / welcher Ihr mit köſtlichen Artzneyen / derer Sie etliche auch von Leipzig bekommen / treulich und fleißig beygeſtanden / inmaſſen ſie ſich auch darauff

etwas

etwas beſſer befunden. Es hat aber doch ſolches keinen Beſtand gehabt / ſondern ſie hat ſich bald nach den heil. Weyhenacht-Feyertagen wieder einlegen müſſen / biß endlich nach vielen andern Beſchwehrungen / ſo ſich bey Ihr eingefunden / die Geſchwulſt an Schenckeln darzu kommen / und dergeſtalt bald überhand genommen / daß ſie nachmahls auch an den Leib getreten / und ſpeciem Anaſarcæ præſentiret / worzu endlich paralyſis geſchlagen / daß ſie am 11. Februar. Abends gegen 6 Uhr / da man ſichs am wenigſten verſehen / unter dem Gebet der Umbſtehenden ſanft und ſelig / von dieſer Welt abgeſchieden / ihres Alters 34. Jahr 9. Monath und 10. Tage.

Der HErr JEſus / Ihr edelſter Schatz und Seelen-Bräutigam / deme ſie ſich durch ſo viel andächtige Gebete und Lieder die gantze Zeit ihres Lebens / und auch in ihrer letzten Kranckheit zu eigen ergeben / der Sie mit ſeinem theuren Blutſtriemen erlöſet / und zu ſeinem Eigenthum angenommen / Sie in der H. Tauffe mit den köſtlichen Corallen ſeines heil. Bluts gezieret / im H. Abendmahl mit ſeinen lebendigmachenden Fleiſch und Blut [illegible] und für dem Würg-Engel verſi-


chert

chert hat / wird ihren Leichnam an herzunahenden Jüngſten Tage aus dem Ruhe-Gewölblein / darein dieſes edle werthe Kleinod ſoll beygeleget werden / herfürſuchen / und mit Engliſchen Schmuck und Eigenſchafften verklären / wie Er denn ihre Seele allbereit in ſeiner Hand hat / da ſie keine Qvaal rühret / ſondern das Anſchauen Göttlicher Majeſtät in unaußſprechlicher Freude tröſtet und erqvicket. Der helffe uns allen mit Freuden hinach / und verleihe inmittelſt Gedult / das wir in dieſer Welt alles das böſe / ſo noch außzuſtehen übrig iſt / mit ſtandhafftigen Geiſte überwinden / und zur ewigen Freude Ritterlich hindurch dringen.

C.S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0214-5

C. S.

# ANNÆ ZIEGLERIÆ,

VIRGINI
INTEGRITATE ATQVE CASTIMONIA
CLARISSIMÆ,
ET NON CORPORE TANTUM
SED ET MENTE INCORRUPTÆ
QVÆ CONTEMPTIS OMNIBUS
ILLECEBRIS,
QVIBUS SE VITÆ VANITATES
COMMENDANT
UNICE ID SPECTAVIT SEMPER
UT REDEMPTORI SUO PLACERET,
UTVE CUM DIVINA MATURE
COPULARI POSSET
NATURA,
CUJUS EXEMPLAR SUB PARVA
IMAGINE
GESSERAT IN TERRIS
QVÆVE INTER ÆQVALES
TAM VERECUNDE
VERSATA EST,
UT NEC SCIRE PROPEMODUM
TURPIA
NEDUM PATRARE FOEDUM ALIQVID
POSSE CREDERETUR
SORORI BENE MERENTI
P.
CASPAR ZIEGLERUS, JCTUS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0215-0

An

# Sein eintziges in der letzten Ehe erzeugtes Töchterlein
# Johannen Reginen Zieglerin.

MEin Kind / Ich muß dich noch zu guter letzt ermahnen:
Vergiß dich ſelbſten nicht / und dencke wer du ſeyſt.
Hier ſiehſt du dein Geſchlecht / und deine nechſten Ahnen /
Durch welche ſich der Stamm in deinen Blättern ſpreuſt.
Sie ſind von ſchlechter Art / von redlichen Geblüte /
Das keine Falſchheit kennt: Ich hab es nachgethan:
Mach du es auch alſo: Verwahre dein Gemüthe
Vor Liſt und Heucheley / ſo ſtöſt du nirgend an.
Zwar könt' Ich dir noch was von alten Adel ſchwatzen /
Und wie in Perſien wir vormahls angebaut.
Was wer' es aber doch? nichts / als nur albre Fratzen /
Die Eltern haben ſelbſt nicht viel darauff getraut.

Der

Der Adel iſt bey uns vor langer Zeit verſchie-
nen:
Drumb ſtelle dich nur als ein Bürger-Mägd-
gen an.
Laß deiner Mutter Thun dir zum Exempel die-
nen/
Die hat ſich einzig nur durch Tugend vorgethan.
Vor allen Dingen ſey der Gottesfurcht erge-
ben/
Die läßt dich nirgend nicht / es ſey in was vor
Noth/
So kanſt du wohl vergnügt Zeit deines Lebens
leben/
Und wirſt dem Tode ſelbſt zu einem bittren Todt.
Was dein iſt / ſteht dir frey dich deſſen anzu-
maſſen/
Ein mehres aber nicht / weil das nur Schaden
thut.
Soll Gottes Güte dich mich überleben laſſen/
So laß ich dir nicht viel / doch wohl erworbnes
Gut.
Was auſſer dieſen Ich von meinen Eltern
habe/
Das ſteht in Gottes Hand / dem halt' Ich billich
ſtill.
Verlier' Ichs / wie es ſcheint / ſo iſt es GOttes
Gabe/
Der giebt / und nimmt / und giebt es wieder/
wenn er will.

Doch

Doch hüte dich / mein Kind / und traue nicht
den Leuten /
Die nur von Worten gut. Ich fühl es allzuſehr /
Ich wollt' / Ich hätte mich recht vorgeſehn bey
Zeiten /
Nun heiſt es : Jetzt getraut / und ferner nim-
mermehr
Sey erbar / züchtig / fromm / gib denen die dich
haſſen
Mit allen Willen nach / verleumbde niemand
nicht /
Und hör' auch nicht darauf / wenn gleich in allen
Gaſſen
Darvon geredet wird / was die und jene ſpricht.
Hat Gott dir etwas mehr Verſtand und Witz
gegeben /
Alß andern deiner Art / ſo ſag' Ihm Danck dar-
vor /
Und ſey nicht ſtoltz darauff. Gott hebt in dieſen
Leben
Die Schwachen offtermahls vor andre hoch em-
pohr.
Und ſolte GOtt auch dich einmahl zu Ehren
bringen
Es ſey auch / was es ſey / ſo nimm darmit vor lieb:
Es kan ein ſchlechter Stand offt ja ſo wohl gelin-
gen /
Alß manchen / der ſich faſt gleich einen Fürſten
ſchrieb.

Aus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0218-7

Aus deinem Munde laß nichts als nur Warheit flieſſen/
Und was das Hertze meynt. Red' aber doch nicht viel:
Laß auch die Armen was aus deiner Hand genieſſen/
Und halt in allen Thun gebührend Maß und Ziel.
Sey fleißig/ wenn du dir zu thun was vorgenommen/
Denck' aber erſt/ ob das auch Gott gefällig ſey:
Sonſt möcht es dir wol ſchlecht gedeyen und bekommen/
Den böſen Wercken ſteht GOtt nimmermehr nicht bey.
Geſchicht es/ daß du folgſt/ und dieſe meine Lehren
In guter Obacht hältſt/ die hier gegeben ſind/
So wird es dir und mir zu ſonderbahren Ehren
Gereichen/ und ich will dich halten als mein Kind.
Verſterb' Ich denn einmahl/ es ſey heut oder Morgen/
Zu welcher Zeit Gott will/ ſo ſchlaff Ich ruhig ein:
Und du/ vertraue Gott/ der wird dich wohl verſorgen/
Auch wenn ich nicht mehr bin: Er ſelbſt will Vater ſeyn.

Cice-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0219-6

## Cicero lib. 1. Tuſculan. qvæſt. in fin.

NOs, ſi qvid tale acciderit, ut â Deo denunciatum videatur, ut exeamus è vitâ, læti & agentes gratias pareamus, emittiqve nos è cuſtodiâ & levari vinculis arbitremur, ut aut in æternam, & planè in noſtram domum remigremus, aut omni ſenſu moleſtiâqve careamus. Sin autem nihil denunciabitur, eo tamen ſimus animo, ut horribilem eum diem aliis, nobis fauſtum putemus, nihilqve in malis ducamus, qvod ſit vel â diis immortalibus vel â naturâ parente omnium conſtitutum. Non enim temerè nec fortuitò ſati & creati ſumus, ſed profectò fuit qvædam vis, qvæ generi conſuleret humano: nec id gigneret aut aleret, qvod cùm exantlaviſſet omnes labores, tùm incideret in mortis malum ſempiternum: portum potiùs paratum nobis & perfugium putemus: qvò utinam velis paſſis pervehi liceat. &c.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0221-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0222-9

Zf 7225

ULB Halle 3
004 853 822

WD/P

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0223-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0224-0

CASPARIS

ad b

SUOR

SUARU

Fa

PAREN

WITTE

*Typis Matthæi Her*

13½ gr. *Anno M*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-99634-p0225-6